



**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam  
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

**Barbosa, Agostinho**

**Lugduni, 1669**

13. De restitutione spoliatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)



# De Restitutione spoliatorum, Tit. XIII. 429

à n. 503. Burg. de Pace *conf.* 40. n. 22. Soar. de Pace in *pract.* tom. 1. p. 1. *comp.* 7. n. 2. Mendez à Castro in *praxi* *seculari Lusitania*, lib. 3. c. 4. n. 1. D. Barbofa in *l. dinortio*, §. fin. p. 2. n. 62. ff. *solutio matrim.*



## De Restitutione spoliatorum.

### TIT. XIII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anchar. Panorm. Dec. Butr. Guillelm. Durand. in *breuiario aureo iuris Canonici*, fol. 55. verso. Ioan. de Londris in *breuiario sanctorum Canonum*, fol. 168. Petr. de Rauenna in *compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. in *epitome Decret.* fol. 58. verso. Dan. Venat. in *analyfi method. iuris Pontif.* à pag. 215. Goffred. & Host. in *summa huius tit.* Alex. Cassan. & Analt. Germon. in *paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. in *insit. Canon.* Canis. in *summa iuris Canon.* Cafarel. in *erectem eiusdem iuris*, Barth. Carthag. in *exposit. tit. iur. Canon.* nonissimè Ioan. Honor. lib. 2. *summ. in Decretal.* omnes sub hoc tit. & vol. 3. *repet. in iure Canonico ad secundum Decretalium librum*, Paul. de Elezariis.

De materia huius tit. agunt Castellani l. 27. *cum segg. tit. 2. p. 3. & l. fin. tit. 10. p. 7.* vbi Gregor. & tit. 14. lib. 3. *Ordinam.* vbi Perez, & tit. 13. lib. 4. *noua recop.* vbi Azened. Guttier. *canonic.* lib. 1. c. 34. Nauar. *tom. 1. conf.* sub hoc tit. Ant. Gabr. *tom. 3. commun. opin. lib. 5. sub hoc tit.* Guttier. *canon.* lib. 1. c. 34.

### SUMMARIUM.

- 1 Reus non est audiendus de proprietate opponens aduersus petentem restitutionem, nisi actore consentiente.
- 2 Spoliatus, qui passus est fieri probationes super dominio, ex quibus constat de iure dominijs spoliantis non est restituendus.
- 3 Prælatus agere potest, vt ante omnia restituatur aduersus eum, cuius nomine deiectus fuit.
- 4 Spoliatus ante omnem contentionem regulariter restituendus est, nisi constet de notorio defectu proprietatis, vel sit spoliatus à possessione, quam acquisiuit per clausulam constitutus.
- 5 Procurator an, & quando domino praeiudicat, remissum.

### CAP. Licet. I. Greg.

POSSESSIO violenter ablata ante omnem litem est restituenda, sed si spoliatus cedit iuri suo, & consentit vt spoliatus ante restitutionem possessionis probet proprietatem, omittitur restitutio, & expectatur sententia. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imolay. Anania. Hostiens. Innocent. Bald. Anchar. Panorm. Dec. Butr. Berol. Cujac. remissuè Cafal. in *annor.* & Ximen. in *concord.* p. 1. & 2. Viuian. in *rationali secundis libri iuris Pontificij*, pag. 91. Alagona in *compendio iuris Canonici*, pag. 230. refertur ab Ant. Angust. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 9. c. 7.* & desumitur ex lib. 7. *epist.* 126. siue 130. *reposit.* B. Gregorij.

- 2 Collige ex text. spoliatum, qui passus est fieri pro-

bationes super dominio, ex quibus constat de iure dominijs spoliantis, non esse restituendum, vt per Socin. *reg.* 466. Hippol. *consil.* 19. *num.* 11. Anton. Gom. l. 45. Tauri *num.* 182. & 183. Padil. in *l. error*, *num.* 37. *Cod. de iuris*, & *facti ignor.* Capyc. *decis.* 28. Menoch. *remed.* 1. *recup. num.* 161. *cum segg. & remed.* 3. *reun. num.* 682. & *consil.* 2. *num.* 191. *cum segg.* Pute. *part. 1. decis.* 29. Perez in *rub. tit. 14. gloss. 1. in princip. lib. 3. Quidin.* & l. 1. *gloss. 1. vers. praterea*, tit. 8. *cod. lib. 3.* Branor. à Sole in *locis communib. verbo spoliatus*, *num.* 9. Mascard. de *probat. concl.* 1325. n. 1. *cum multis sequentibus*, Ioan. Garc. de *nobilit. gloss.* 11. *num.* 17. Valasc. *consul.* 119. D. Barbofa in *l. dinortio* §. ob donationes, *num.* 15. 17. & 18. ff. *solutio matrim.* & in *l. si de vi*, n. 61. *cum segg. ff. de iudic.* vbi ait hunc text. procedere quando spoliatus consensit agi de dominio spoliatoris renuntiando expresse privilegio à iure concessio quoddam spoliatus ante omnia restituatur.

Ab Ecclesia hominibus. ] Ergo Prælatus agere potest, vt ante omnia restituatur aduersus eum, cuius nomine deiectus fuit, vt per Menoch. *remed.* 1. *recup.* à n. 47. *cum segg.*

In hoc text. proponitur spoliium factum à familiaribus Ecclesie, & data fuit actio aduersus ipsam Ecclesiam, quod Hostiens. Abb. & Bellam. in *presenti* dicunt esse verum, quia Ecclesia in hoc text. approbavit, & ratum habuit spoliium: sed hic intellectus diuinat, cum ex hoc text. non constet; ex quo alij contendunt teneri Ecclesiam, qua scienter successit in vitium spoliantis, iuxta *reg. cap. sape*, infra hoc tit. quod etiam non placet, quia illa scientia debet prius allegari, & probari, vt in *dicto cap. sape*, probatur, iuncto *cap. licet*, *vers. idem quoque*, de *probat.* Vnde Berolius hic, *num.* 9. dicit Ecclesiam consensisse spolio, & propterea teneri, eo enim ipso quoddam familiae res non retraxit, consensisse visa est, *gl. fin. in cap. notum*, 2. *quest.* 1. quod minus placet, quia non constat illo casu Ecclesiam spoliium agnouisse cum requiratur, vt teneri possit, quod de ipsius domini voluntate fiat, vt in *l. 1. de iudic. ff. & vi de vi armata*, & in *cap. cum ad sedem*, hoc tit. nec text. in *d. cap. notum*, contrarium probat, quia ibi sine ordine iudiciario fuit possessio occupata, quo casu etiam per iudicem datur actio spolij, quia mandauit, vt considerauit Alexand. in *dicto cap. de iudic. ff. n. 4. & 7.*

Quare dicendum est quod in hoc text. ideo Ecclesia tenetur ex spolio, quia res ablata ad illam peruenit, & succedit *reg. text. in l. si me*, & *Titum*, ff. *si certum petatur*, non tamen intelligas hoc casu dari actionem directam, Vnde vis, sed vtilem tantum, quatenus res ad ipsam peruenit, ex Abb. in *cap. pastoralis*, *num.* 12. in *fine*, de *causa possess.* ad quod facit *l. 1. si quis tamen iuncta gloss. verbo competis*, ff. *de vi*, & *vi armata*, vnde fit quoddam successor violenter rem adeptam possidens, & ex ea fructus colligens vtiq. spoliium factum probare videbitur, quemadmodum in pupillo respondit Socin. in *l. 1. item acquirimus*, *num.* fin. ff. *de acquirenda possess.* inferens eo casu dari actionem Vnde vis, licet à tutore fuerit violentia commissa, quæ fortè ratio est propter quam in *l. si plures* 9. ff. *de vi*, & *vi armata* non omnes haredes conueniantur sed ille tantum, qui rem ipsam à defuncto violenter acquisitam possidet, vt sentit Cortal. in *l. naturaliter* §. *nihil commun.* ff. *de acquirenda possess.* *num.* 17. firmans hæreditariam actionem id non efficere, quoniam per eam omnes, non verò tantum possessor, conueniri possent.

Ante omnem contentionem. ] Notant ad hoc quoddam spoliatus ante omnem contentionem regulariter restituendus est, vt per Gabr. *commun. lib. 5. sub hoc tit. conclus. 1.*



concl. 1. Menoch. *remed. 1. recup. num. 111. & 109. Anton. Gom. 1. 45. Tauri n. 182. Valalc. conf. 162. n. 2. & conf. 119. n. 3. Mantie. decif. 118. n. 13. Cardof. in praxi iudicium, verbo interdictum, n. 36. vique ad minimum quadrantem tam quoad restitutionem rei, quam quoad fructus, damna, & interesse, Roland. conf. 53. n. 25. volum. 1. Rot. decif. 334 p. 3. diuersi. Anton. Gabr. commun. tit. de restitu. spoliati. concl. 1. n. 11. & 19. Menoch. conf. 758. in fine. Surd. conf. 166. n. 1. lib. 2. Peregrin. conf. 132. n. 1. & 2. volum. 5. Giurb. decif. 39 lib. 1. Mastrill. decif. 198. n. 1. & 2. & decif. 270. n. 7. & 10. & decif. 272. n. 1. & 2. nisi constet de notorio defectu proprietatis, vt tenent citati per me ad cap. in literis, sup. verb. quia prado, & c. in fr. hoc tit. Aduerte etiam limitari regulam huius text. & similibus in spoliato à possessione, quam acquisiuit notarij stipulatione mediante per clausulam constituti, cum esset absens, quia hoc casu non debet restitui si antequam ratificaret fuit spoliatus, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 365. num. 18.* intellige huiusmodi notabile, etiam si vnum quid minimum deesset, vt per Tiraq. de iudicio in rebus exiguas, num. 34.*

5 Consentiente illo, & c. ] Ergo factor, seu procurator domino præiudicat, vt per Surd. decif. 148. n. 4. & vide quæ Tiraq. in *tract. le mort. p. 5. declarat. 5. n. 9. cum seqq.* An, & quando confessio procuratoris domino præiudicet, ab eoque reuocari possit, vide Rot. decif. 1. apud Farinac. in *recept. p. 1.*

6 In gloss. 1. ibi, imò in interdicto de adipiscenda possessione. Vnde Boër. decif. 238. num. 5. Tiraq. d. *declar. 5. num. 4.*

## S V M M A R I U M.

- 1 Restitutionem beneficij petenti non obstat renuntiatio facta post spoliationem, quia præsumitur non spontanea.
- 3 Exceptio spontanea renuntiationis quando admittatur post spoliū, ostenditur.
- 4 Responso facta post spoliū est nulla, & spoliato danda est restitutio.
- 5 Resignatio beneficij potest per testes probari.
- 6 Spoliatus ex eo quod renuntiavit, præsumitur quod inuitus, & coactus renuntiavit.
- 7 Remedium reintegranda possessionis præsumitur spatio triginta annorum.
- 8 Stephanus Gratianus decessit è viuīs Romæ 7. Augusti 1625.

## CAP. Sollicitè. II. Alex. III.

1 S Poliatns quando quis est, & deinde renuntiat Ecclesiæ, tunc testes contra eum non sunt recipiendi antequam restituatur, quia non præsumitur liberè renuntiasse. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Innoc. Bald. Panorm. Dec. Butr. Beroi. Cujac. Viuian. in *ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 92.* Alagona in *compend. iuris Canon. pag. 233.* remissiuè Casal. in *annot. & Ximen. in concord. p. 1.* refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 2. tit. 9. cap. 1. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. p. 22. cap. 1.

2 De intellectu huius text. vide Gutier. de iuramento confirmat. p. 3. c. 19. n. 21. cum seqq.

3 Probat hic text. exceptionem spontaneæ renuntiationis non admitti post spoliū quando resignatio habuit omnino principium, & finem post spo-

lium, secus autem si habuit principium ante spoliationem, nam tunc admittitur, vt per Rebuff. in *praxi benefic. tit. de vi in regnat. n. 6.* Mascard. de probatione concl. 1272. n. 8. Flamin. de *resignat. lib. 9. q. 5. ad finem.* Nam resignatio facta post spoliū est nulla, & spoliato danda est restitutio, Menoch. *remed. 1. recup. n. 163. & 272.* Flamin. lib. 3. q. 5. n. 1. vbi n. 28. resoluit quod resignatio facta post spoliū sponte absque vi, & metu valet, Azor. in *instr. moral. p. 2. lib. 7. c. 26. q. 7.*

Contra eum testes, & c. ] Ergo resignatio beneficij potest per testes probari, vt per Mascard. d. concl. 1272. à n. 1.

In gloss. Eum, 1. ibi, ex eo enim quod spoliatus renuntiat, præsumitur quod inuitus, & coactus renuntiavit. Ita Flamin. d. q. 5. n. 1. & n. 36. vbi num. 41. resoluit resignationem beneficij à clerico spoliato post longum temporis intervallum factam esse validam, de quo etiam Menoch. *remed. 1. recup. num. 299.* Azor. d. c. 26. quæst. 7.

In gloss. Spoliatus, fin. ibi, imò secundum Canones videtur quod etiam ad damnum suum ad penam perpetuam, & c. Notatur ad hoc quod remedium cap. reintegranda 3. q. 1. est perpetuum, vt per Præpos. ibi num. 15. Riminald. sen. conf. 605. num. 4. Tal. in 1. prætor ait, hoc interdictum, num. 2. ff. de verb. oblig. Ioan. de Amicis conf. 61. n. 18. Verum contraria sententia receptior est, videlicet remedium d. cap. reintegranda, cum bona fide præscriptione 30. annorum, si agatur de re prophana, vel præscriptione 40. annorum, si agatur de rebus Ecclesiæ, quam merito tuerentur, Viuian. tom. 2. communium opin. lib. 7. tit. 1. n. 307. pag. 218. Menoch. *remed. 1. recuper. n. 408.* Granat. ad *Vesfr. in pract. lib. 7. c. 3. n. 41.* Baptista Costa de *falsi scientia, & ignor. cent. 2. dist. 60. num. 25.* Anton. Gabr. commun. lib. 5. sub hoc tit. concl. 5. n. 53. Bernard. Græuæ ad *practio. Camer. Imper. lib. 2. concl. 75.* in coronide n. 4. Farin. nouiss. Rota decif. 773. n. 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 2. n. 17. cum seqq.* ad cap. vir quidem doctissimus, qui relinquens mihi maximum sui desiderium è viuīs decessit hic Romæ die 8. Augusti huius anni 1625. Vide per me dicta cap. reintegranda 3. q. 1. n. 16.

## S V M M A R I U M.

- 1 Restitutionem beneficij petens, non auditur, etiam si spoliationem probet, si probatur eum sponte beneficium prius resignasse.
- 2 Exceptio spontanea renuntiationis obstat petenti restitutionem beneficij.
- 3 Clericus, qui beneficio renuntiavit, sequuta spoliatione non potest experiri, vt ante omnia restituatur.
- 4 Renuntiatio metu facta est nulla.
- 5 Vnum quando per se non sufficit, vtrumque copulatiue debet esse verum.

## CAP. Accepta. III.

S Poliatns quando agit pro spolio, & pars contraria probat sponte renuntiasse sine metu, & vi spoliatus non est audiendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anania, Hostiens. Innocent. Bald. Panorm. Dec. Butr. Anchar. Cujac. Viuian. in *rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 92.* Alagona in *compendio iuris Canonici, pag. 231.* remissiuè Ximen. in *concord. p. 1.* refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 9. c. 2. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 22. c. 2.

Et



# De Restitut. spoliatorum, Tit. XIII. 431

<sup>2</sup> Et quod spontanea voluntate, &c. ] Notatur ad hoc quod petenti restitutionem beneficii obstat exceptio spontaneae renuntiationis, vt per Rebuff. *conf. 4. n. 18. Flamin. de resign. lib. 1. q. 13. n. 34.* nam clericus, qui beneficio renuntiavit, sequuta spoliacione non potest experiri, vt ante omnia restituatur, Menoch. *remed. 1. recap. n. 197.*

<sup>4</sup> Mandamus quatenus, &c. ] Notatur ad hoc quod renuntiatio metu facta est nulla, vt per citatos *supra ad c. 2. n. 3. de his, quae vi.*

<sup>5</sup> Nullo metu, vel vi coactum, sed spontanea. ] Notatur ad hoc quod quando vnus per se non sufficit, vtrumque copulatiue debet esse verum, vt per Tirag. *in tract. cessante causa, limit. 2. n. 14.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Sententia lata post reuocationem literarum non tenet.
- 2 Euocationis notitiam iudex cognoscens habere non dicitur ante praesentationem, & receptionem literarum, & voluntatis euocantis.
- 3 Sententia lata a primis iudicibus reuocatis ante notitiam reuocationis valet.

## C A P. Audita. IV.

<sup>1</sup> P A p a quando referibit secundas literas, ne quid immutetur, si per primas literas fuit lata sententia antequam venirent secundae, non reuocatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Innoc. Bald. Panormit. Dec. Henric. Buttr. Viuiam, *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 93.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 231.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2. refertur Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 9. c. 4. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 22. c. 4.*

<sup>2</sup> Ante posteriorem literarum recepti. &c. ] Notatur ad hoc quod ante praesentationem, & receptionem literarum, & voluntatis euocantis, non dicitur iudex cognoscens habere notitiam euocationis, vt per Rebuff. *nom. 1. ad leges Galliae tract. de euocatione, in praefat. q. 5. n. 23.* vbi n. 24. resoluit quod si iudex euocationem scierit ante literarum praesentationem ei factam, adhuc acta valebunt. Vnde sententiam latam a primis iudicibus reuocatis ante notitiam reuocationis valere tenet. Rebuff. *in tract. nomin. q. 14. n. 71.*

<sup>3</sup> Nullatenus reuocare tenetur. ] Collige ex text. valere processum, & omnia alia, quae facta fuerint iuxta priores literas per iudicem reuocatum in literis posterioribus, ante earundem literarum praesentationem, & receptionem, ita gloss. verbo *receptionem*, Abb. & alij *in praesenti*, Felin. post alios *in cap. ceterum a n. 8. de praescripti. Dec. conf. 295. n. 5.* Vant. *de nullis tit. quibus modis sententia nullitas n. 74.* Boer. *decis. 374. n. 16.* Cou. *pract. c. 9. n. 9.* inuatur text. *in l. si forte 17. de officio eius.* Intellige procedere in quibuscumque literis anocatoriis, patet si expendas ante literarum receptionem, & intimationem posse iudicem vti potestate sibi antea competenti, & sic gesta fieri ab illo iudice, qui potestatem habet, ac proinde valere. Inuatur, quia huiusmodi literae habent tacitam, & subintellectam conditionem, scilicet si is pro quo emanant, iisdem vti velit, vt colligitur ex hoc text. qui magis de expressa, quam de tacita reuocatione agit, vt ex eo notant omnes *in d. cap. ceterum* vbi Felin. n. 11. Conar. *d. n. 9.* vel dici potest dari quidem reuocationem potestatis, & iurisdictionem, interim tamen sub illa tacita, & subintellecta conditione, si iisdem literis imperans

usus fuerit. Amplia text. procedere etiam si index per posteriores literas reuocatus aliunde sciat sua potestatis, & iurisdictionis reuocationem, adhuc enim valent processus, & reliqua per eum gesta quousque ille, in cuius fauorem iurisdictionis sit reuocatio, praesentans literas eisdem vtatur, legitime excipiens, Abb. *hic n. 15.* Innoc. *in d. c. ceterum*, Dec. *vbi supra*, Conar. *d. num. 9.* quorum sententia suadetur tunc ex hoc text. & *in cap. super eo. de praebend. in 6. & in cap. vi debemus, de appellat.* in quibus non scientia iudicis, sed receptionis & intimationis literarum tempus attenditur, tum etiam, quia per scientiam reuocationis quandiu pars non petit, nec opponit, non est iudex certus, imo dubius, quod illa vult vti reuocatione, praesertim quia requiritur usus cum effectu, itavt si iudex reuocatus, cui reuocatoria praesentatur, & opponitur eiusdem imitatio, non deferat eidem, debeat offerens instare, & appellare ad superiorem, ne aliter acquiescere, seu renuntiare videatur, ex reg. text. sic intelligendi *in cap. gratum, in fine, de offic. deleg.* Non obstat text. *in cap. 2. illo tit. de offic. deleg.* ibi, *innotuerit*, per quem text. nonnulli dicunt sufficere scientiam reuocationis aliunde collectam, quia respondetur verbum illud, *innotuerit*, refertendam esse ad notitiam legitimam. & secundum ius quae habetur, & colligitur ex praesentatione & intimatione reuocationis, sic explicabis text. a contrario sensu *in l. si forte 17. ff. de offic. Praesid. ibi, cognouerit.* Nec item aduersatur text. *in cap. si amobus, in princ. de appellat.* quia resp. illud non agere de reuocatione per literas facta, sed de iurisdictione suspensa per appellationem apud iudicem interpositam, in qua specie siquidem a consensu partis non dependet, merito absque alia intimatione, & oppositione literarum satis est quod iudex sciat citatum legitime appellasse.

Quod per vos factum esset, &c. ] Vide Azened. *l. 10. n. 25. tit. 13. lib. 8. noua recop.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Beneficii restitutionem petenti questio restitutionis non canonice refertur non potest.
- 2 Spoliationis questio precedere debet questionem proprietatis.
- 3 Possessorium prius terminari debet quam petitorium.
- 4 Prædo etiam secundum iuris rigorem est restituendus.
- 5 Restitutio non competit spoliato vbi constat de notorio defectu proprietatis.
- 6 Domini questio refertur non potest spoliato nisi primo fuerit restitutus.
- 7 Furem si tertius spoliavit, & in restitutione petenda ille, & dominus rei concurrant, tunc dominus est preferendus furi.
- 8 Emens rem a fure bona fide, an possit tuta conscientia contractum rescindere, ei sic rem venditam rediens, vt pretium recuperet, ostenditur.

## C A P. In literis. V.

Q Vando vnus dicit se vi eiectum de possessione, & aduersarius dicit illum non fuisse canonice electum, debet prius agi de violenta eiectione quam de canonica institutione, quia secundum ius etiam prædo est restituendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Ancharan. Innocent. Bald. Panorm.



Panorm. Dec. Butr. Henric. Bero. Cujac. Viuian. in *rationali secunda libri iuris Pontificij*, pag. 93. Alagona in *compendio iuris Canonici* pag. 231. remissive Casal. in *annos & Ximen. in concord.* p. 1. refertur ab Ant. August. collect. . Decret. lib. 2. tit. 9. §. 5. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 12 & 5.

2. *Præius de violentia eiectioe*, &c. ] Notatur ad hoc quod questio spoliationis præcedere debet questionem proprietatis, vide Azueu. ad l. 10. n. 2 §. 13. lib. 8. noua recop. Morla in *emporio iuris* p. 1. tit. 1. q. 9. n. 50. & prius debet terminari possessorium, quam petitorium, Rota decis. 365. n. 9. apud Farin. p. 1 recent. nisi ad restitutionem faciendam possessio dederit occasionem peccati, tunc enim debet admitti aduersa pars ad docendum de proprietate, Feder. de Senis conf. 284. num. 4. Rota decis. 147. n. 30. apud Farin. p. 1 recent.

4. *Quia prado etiam est secundum iuris rigorem restituendus*. Vide Couar. de sponsal. p. 2. c. 7. §. 5. n. 10. Tiraq. de retractu lig. §. 35 gloss. 1. n. 21. Menoch. remed. 1. recuper. n. 21. l. 10. & 131. Gutrier. de iuram. confirm. p. 3 c. 19. Viuian. tom. 2. comm. opin. lib. 7. tit. 1. n. 204. vers. ne procederet, ubi resoluit hunc text. non habere locum quando notorie constaret quod prado esset in possessione; restitutio enim non competit spoliato, ubi constat de notorio defectu proprietatis, Menoch. remed. 1. recuper. n. 2 §. 3. Mascard. de prob. concl. 1. 26. Ioseph. Ludou. Pers. decis. 17. n. 19. Brunor à Sole in *locis comm. verbo spoliium*, n. 4 & 6. Cardos. in *praxi iudicium*, verbo interdictum, n. 38. D. Barbof. in l. si de vi, à n. 59 & à n. 122.

5. ff. de iudic. & spoliatus in beneficialibus non potest restitui si apparet de notorio non iure agentis spolio, Rot. decis. 2. de restit. spoliat. in antiq. Mantie. decis. 356. num. 8.

6. In gloss. Canonica, ibi, & sic patet, quod spoliato non possit auferri questio dominij nisi primò fuerit restitutus. Vide Perez l. 5. gloss. 1. post princip. tit. 14. lib. 3. Ordin. nec spoliatus tenetur respondere in petitorio antequam fuerit restitutus in sua possessione. Rota decis. 360. apud Farin. p. 1 recent.

7. In gloss. Prado, ibi, nisi talis sit prado cuius vita nullus parcere debet. Vide Sanchi. de matrim. lib. 8. disp. 1. n. 21.

8. In gloss. Rigorem, fin. Notatur ad hoc quod quando tertius spoliavit furem, si tunc concurrat fur ad petendam restitutionem, & dominus rei se opponat petens, vt sibi potius restituatur, in hoc concursu dominus est præferendus furi, vt per Surd. conf. 166. num. 12. Viuian. d. n. 304. vers. qui quidem, pag. 217.

9. D. Maria difficilem illam iudico questionem, vtum qui bona fide emit rem à fure postquam sciuerit rem esse furtiuam, possit tuta conscientia rescindere contractum illum venditionis & emptionis, & furi rem sic venditam reddere, vt recuperet pretium pro illa datum, an verò teneatur restituere domino, etiam si pretium latroni datum sit amissurus? in qua vna sententia tenet posse emptorem tuta conscientia rescindere contractum cum fure, & rem ei reddere, vt pretium ab eo recuperet, ita Syluest. in sum. verbo, restitutio 3. q. 7. §. 1. vers. 4. Mich. Salon. 2. 2. q. 62. art. 6. & Greg. de Valent. q. 6. disp. 5. puncto 4. Ludouic. Lop. part. 1. instruat. conscientie, cap. 95. Tolet. in sum. lib. 5. cap. 17. num. 12. Rebello de obligationib. inst. part. 1. lib. 2. q. 19. num. 3. Verum contraria opinio securior est, & ita emptorem etiam bonæ fidei teneri ad restitutionem rei vero domino etiam cum iactura pretij, resolunt Caiet. 2. 2. q. 62. art. 6. Martin. Ledesm. 24. q. 18. art. 6. pag. mihi 269. Barthol. Medina lib. 1. instruat. Sacerd. cap. 14. num. 31. Couar. in reg. peccatum,

part. 3. in initio, & lib. 1. var. cap. 1. num. 6. Molina de iustit. tract. 2. disp. 722. Lessi. eod. tract. tom. 1. lib. 1. cap. 14. dub. 3.

## S V M M A R I V M.

- 1 Exceptio criminis non impedit restitutionem, & cognitionem causæ civilis, super spolio, & n. 2.
- 3 Possessor clandestinus, & violentus à pari procedunt, ita vt contra vtrumque pariter, & eodem modo interdictionem, Vnde vi, competat.
- 4 Inimicus postea dicitur qui bona nostra tollit.
- 5 Inimicitia capitalis oritur ex lite super bonis.

## CAP. Item cum quis VI.

Exceptio criminis non obstat agenti interdicto, 1 Vnde vi, vel quod vi, aut clam, nam talis exceptio non impedit restitutionem & cognitionem causæ civilis super spolio. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostien. Innocent. Ancharan. Bald. Panorm. Decian. Butr. Beroi. Cujac. Viuian. in *rationali secunda libri iuris Pontificij*, pag. 93. Alagona in *compendio iuris Canonici*, pag. 231. remissive Casal. in *annos & Ximen. in concord.* part. 1. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 9. cap. 6. & est post Concil. Lateran. p. 22. c. 6.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Menoch. remed. 1. recuper. num. 324. cum segg. optimè Farin. in *praxi crimin.* q. 100. num. 110. late Gabr. commun. lib. 5. tit. de restit. spoliat. concl. 1. à num. 37. ubi num. 58. limitat quando obicitur crimen excommunicationis, & num. 66 & 88. quando obicitur crimen hæresis, num. 175. quando aduersus spoliatum obicitur crimen simoniae, & num. 190. quando opponitur crimen læsæ maiestatis; nam spoliatus non tenetur respondere in causis criminalibus contra ipsum motis ante restitutionem sibi factam, siue contra ipsum criminaliter agatur, siue per viam accusationis, siue etiam per viam inquisitionis, vt tenet Menoch. loco proxime citato, & n. 26. cum segg. ampliat etiam quod spoliatus fuerit accusatus ab alio quam à spoliante. Vtrum verò text. in præsentī procedat in agente interdicto retinenda, vide Menoch. remed. 3. retin. n. 712. cum segg.

Violenter eiectum, vel aduersarium clam possessionem intrasse, &c. ] Notatur ad hoc quod à pari procedit clandestinus, & violentus possessor, ita vt contra vtrumque pariter, & eodem modo interdictum, Vnde vi, competat, ita tenere Doctores magis communiter post Bart. in l. si coloni, per text. ubi C. de agricolis, & censitis lib. 11. & Abb. ac alios in præsentī, testatur Anton. Gabr. sub hoc tit. concl. 1. à num. 148. D. Barbof. in l. si de vi, à n. 96. & n. 422. ff. de iudic. & veram ac communioem, & praxi receptam dicit Valasc. consult. 93. n. 11. ad finem, apud quos tamen videbis quidquid in præsentī articulo desiderari potest cum Menoch. n. 142. vers. contrariam, Gabr. d. concl. 1. n. 146. D. Barbof. n. 420. d. l. locis, & Ant. Gom. l. 45. Tauri n. 180. afferant manifestam dari differentiam inter eos, qui clam, & eos, qui per vim sua priuantur possessione, & multipliciter respondeant ad text. in præsentī.

Cum presumatur eius existere inimicus. ] Notatur ad hoc quod inimicus noster dicitur, qui bona nostra tollit, vt per Rebuff. de reprobat. testium, num. 239. quod adeo verum est, vt inimicitia capitalis oriatur ex



# De Restitutione spoliatorum, Tit. XIII. 433

ex lite super omnibus bonis, aut illorum maiori parte, Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 56. §. 7. Viu. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. n. 137. vers. Et sic secundum omnes, pag. 518. Menoch. de arbit. casu 110. ex n. 4. & casu 239. n. 11. Et de presump. lib. 5. pres. 42. n. 5. Mascard. de probat. concl. 898. n. 7. Decian. tract. crim. l. 3. c. 25. n. 56. & 57. p. 1. Farin. in praxi crimin. §. 39. a. n. 1. Rot. dec. 83. n. 3. post lib. 2. consil. Fatinac. Seraph. decif. 1526. n. 4. late Buccaron. de different. inter iudicia civilia & crimin. differ. 99. ex n. 1. vbi dicit quod ex lite siue causa civilis ardua, seu magnæ quantitatis oritur inimicitia, non ita si fuerit modicæ quantitatis.

## SVMMA RIVM.

- 1 Spoliatus à iudice nulliter ante omnia est restituendus, modò nullitas sit evidens, & spoliatus haberet ali- quod ius, & n. 2.
- 2 Beneficiis aliquem spoliare sine manifesta, & rationa- bili causa non decet Summum Pont.
- 3 Spolium ante omnia est purgandum vsque ad vltimum nummum, quadrantem, vel obolum.
- 4 Titulum beneficii probare non potest beneficiarium com- pellere superior, quoties se constituit eius aduer- sarium.

## CAP. Conquerente. VII.

Clericum beneficio spolians non servato iuris ordine beneficium & fructus prius restituere debet, & deinde agere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Bald. Anchar. Panorm. Dec. Burr. Henric. Bero. Cujac. Vin. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 94. Alagona in compend. iuris Canon. pag. mibi 232. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 7. c. 1.

Probat hic text. quod spoliatus à iudice nulliter, videlicet causa cognitione non precedente, vel contra iuris formam, ante omnia est restituendus & vt per Grat. conf. 76. col. 1. vol. 2. Brun. conf. 22. n. 2. Roland. conf. 6. num. 12. vol. 2. Kirichou. tom. 1. commun. opin. lib. 7. tit. 1. n. 320. pag. 220. & ibi. Viu. n. 304. vers. item ampliatur pag. 217. Goradin. conf. 93. n. 16. vers. ad quartum, Mantie. decif. 29. n. 3. & à contrario sensu decif. 44. n. 1. Rota decif. 135. n. 3. apud Farin. & decif. 139. n. 2. & dec. 365. n. 11. p. 1. recent. Menoch. remed. 8. recup. n. 20. & consil. 301. n. 45. & 48. Lancel. de attent. p. 1. c. 8. n. 89. Franc. Monald. conf. 104. num. fin. vol. 2. Perez l. 1. gloss. 1. tit. 14. lib. 3. Ordin. pag. 72. Azened. l. 2. n. 25. cum segg. tit. 13. lib. 4. noua recap. Mascard. de probat. concl. 489. n. 7. Honded. conf. 82. n. 13. vol. 1. Steph. Gratian. Marchia dec. 110. n. 9. late Bernard. Graue. ad pract. Camera Imper. lib. 2. concl. 76. Spoliatus enim iudex si nulliter procedat, Mar. Antonin. var. lib. 1. res. 56. n. 8. & res. vlt. casu 72. intellige modo nullitas sit evidens, ac proinde de ea clare constet. Menoch. d. remed. 8. n. 26. & d. conf. 301. n. 46. Mantie. d. decif. 44. n. 5. vbi dicit quod ad hoc, vt actio spoliij locum habeat, nullitas evidens esse debet, ita vt in dubium renocari non possit. Intelligere etiam quando pretendens spolium haberet ius aliquod, quo suam possessionem defendere posset, nam secus esset dicendum, vt notorie constaret ius non habere. Veral. Rom. decif. 175. n. 4. p. 3. Menoch. d. remed. 8. n. 2. Et iudex teneretur de sua iustitia docere, nisi velit spoliatum restituere, ex Mascard. de probat. concl. 1324. n. 10. cum segg. vbi etiam quibus casibus iudex presens teneatur probare se iuste priuasse.

Tom. I.

Non decet, &c.] Nec etiam decet Summi Pontificis honestatem aliquem sine manifesta, & rationabili causa suis beneficiis spoliare, quia tamen in hoc declarando Doctores aliquatenus immorati sunt, vide, si lubet, Pinel. in rubr. de rescind. vend. p. 1. c. 2. n. 29. & 30. Aym. de antiquit. temporum, p. 1. c. 2. n. 30. & 33. cum segg. Nauar. de spoliis Clericorum, §. 3. Cot. in memorabil. verbo beneficia, pag. 73. Viu. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 9. n. 5. pag. 181. Anton. Gabr. tom. 3. lib. 3. tit. de iure quæsto, conclus. 1. n. 9. cum seg. Menoch. remed. recup. 15. n. 43. cum seg. & conf. 83. n. 1. & 15. & conf. 1. n. 422. & conf. 181. n. 49. & de pres. lib. 2. pres. 10. n. 18. Menchac. vsufreg. c. 1. n. 18. Peregrin. de iure fisci lib. 1. tit. de habentibus iura fiscalia, n. 24. Cenall. communium contra communes, §. 528. Farin. in praxi crimin. p. 1. fragment. crimin. lit. C. n. 87. Cabed. Lusit. decif. 16. n. 13. & decif. 36. n. 2. p. 2. Nicol. Garc. de benefic. p. 5. c. 4. num. 2.

Cum redditibus inde perceptis restituitur.] Quia ante omnia spolium est purgandum, ita vt contraria pars nisi eo integrè vsque ad obolum purgato, non sit audienda, vide Anton. Gabr. lib. 6. sub hoc tit. concl. 5. Surd. conf. 28. n. 31. & conf. 195. & conf. 189. n. 26. & 27. Menoch. conf. 758. n. 11. & seg. lib. 8. & conf. 847. n. 1. & seg. lib. 9. conf. 1002. n. 44. lib. 11. Anton. Monach. Bononien. decif. 19. n. 7. Roland. consil. 53. n. 25. lib. 1. & conf. 6. n. 42. lib. 2. Honded. conf. 15. n. 17. lib. 1. Pon- ten. de spolio lib. 4. c. 4. n. 60. Rq. decif. 433. n. 1. p. 2. recent. & in Lanelen. seu Adelpiten. pecuniaria 16. Novembris 1620. coram bonæ mem. Vbaldo. Non dicitur enim purgatum spolium, aut attentatum, nisi sit purgatum vsque ad vltimum nummum, quadrantem, vel obolum, vt per Tiraquel. de retractu tit. 2. §. 4. gloss. n. 23. & de iudicio de rebus exig. pag. 87. Cott. in memorabil. verbo spoliatus, pag. 777. Ioseph. Ludou. Perus. decif. 61. n. 1. Viu. tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 1. n. 304. vers. quam quidem, pag. 217. Lancelot. de attent. p. 3. cap. fin. n. 78. 81. 176. & 191. Menoch. remed. 1. recup. num. 329. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 83. n. 30. Thom. Valasc. allegationum iuris tom. 1. alleg. 58. n. 22. Nec dicitur facta reintegratio, nisi totaliter quis sit restitutus. Dec. conf. 199. sub n. 1. Paris. conf. 105. num. 7. vol. 3. Anton. Gabr. sub hoc tit. concl. 1. n. 29. Roland. conf. 53. n. 25. vol. 1. Cancer. var. lib. 2. c. 7. n. 4. ita vt necessaria sit possessionis translatio in spoliatum quæ cum effectu permaneat. Rip. in naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. Roland. conf. 6. in fin. vol. 2. & debet etiam spolium purgari quoad fructuum restitutionem. Rot. decif. 15. hoc tit. in nouis, Put. decif. 298. lib. 2. Rot. in Romana vinea 28. Iun. 1606. coram R. P. D. meo Coccino Decano, & in Rom. sylue 15. Maij 1628. coram R. P. D. Verolpio. Si verò pauper sit, ita vt non habeat, quo fructuum, & expensarum restitutionem faciat, purgetque spolium, potest obtinere commissi- sionem, vt constituto de paupertate, & reseruat ex- pensis, & fructibus vsque ad finem litis ad vltiora procedatur, & de negotio tractari possit, vt per Vestr. in praxi Romana Curia, lib. 7. cap. 1. sub n. 8. Lancelot. d. cap. fin. n. 93. & 154. cum segg. Gonzal. ad reg. 8. Cancel- laria gloss. 2. n. 25.

In gloss. Volueris, pen. Notatur ad hoc quod quoties superior constituit se aduersarium eius, qui benefi- cium obtinet non potest compellere eum ad probandum titulum, nec etiam ipse cognoscere de titulo, vt per Flamin. de resona. lib. 1. §. 14. n. 38.



## SYMARIUM.

- 1 Coniux restituitur viro probanti desponsationem, & copulam, & de ipsius impunitate cauendi, nisi magna sit viri sanctia.
- 2 Spolij restitutio, ut fiat debet ostendi titulus saltem coloratus.
- 3 Restitutioni quoad habitationem, & copulam non est locus ante matrimonij consummationem, secus quoad solam habitationem.
- 4 Concordantur text. in presenti, & in c. ex parte, hoc titul.
- 5 Inimicitia capitalis, quando adest inter coniuges, vxor viro non est restituenda.
- 6 Vxor apud honestas matronas, seu monasterium sequestrari potest, pendente lite inter maritum, & vxorem super separatione cohabitationis.
- 7 Sanctitas parentum viri etiam prabet vxori iustam diuertendi causam, ac petendi cautionem securitatis.
- 8 Cautio sufficiens dicitur si pignora, vel fideiussores dentur.
- 9 Cautio quanta sufficiat arbitrio iudicis relinquatur.
- 10 Restitutionis locus non est in matrimonio, nisi quando constat de legitimo consensu.
- 11 Mulier coniugata spoliata a viro non restituitur si matrimonium fuit clandestinum.
- 12 Coniuges ad inimicem sui corporis potestatem transferunt.

## CAP. Extransmissa VIII.

- C**oniux est restituenda viro probanti desponsationem & copulam si det cautionem quod non inferet malum mulieri. Si vero vxor diffidat viro ob capitale odium, committi debet alicui custodienda donec causa videatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bella n. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Innoc. Bald. Panorm. Butr. Cujac. Viu. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 94. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 232. remissimè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 7. c. 3.
- 2 Si vobis constituerat. ] Notatur ad hoc quod ut fiat restitutio spolij, debet ostendi titulus saltem coloratus, ut per Valasc. consult. 93 n. 2.
- 3 Legitimè desponsata fuisse, & ab eo cognita. ] Ergo ante matrimonij consummationem non est locus plenæ restitutioni, nempe quoad habitationem & copulam, bene tamen quoad solam habitationem, & alia ministeria inter coniuges mutuò debita præter copulam. Vide D. Barbof. in rubr. ff. soluto matrim. p. 2. n. 80. Brunel de sponsalib. concl. 12 n. 5. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 41. n. 50. optimè lib. 7. disp. 112 n. 2. cum seqq. vbi n. 8. agit de conciliatione huius text. cum cap. ex parte, infra hoc tit. & dicit text. in presenti, ideo requirere matrimonij consummationem, quia agit de pena restitutione etiam quoad copulam; aliud verò text. ideo solam traductionem ad domum petere absque copula, quia agit de sola restitutione quoad habitationem, & alia obsequia, sequitur Guttier. de matrim. e. 122 n. 10 vers. tertia.
- 5 Si autem capitali odio, &c. ] Notatur ad hoc quod quando inter coniuges adest capitale odium, & capitalis inimicitia, tunc vxor viro non est restituenda, nam iusta hæc videtur causa separationis thori, ut per Paris. conf. 54. num. 12. vol. 4. Cranet. conf. 32. n. 4. Gabr.

conf. 161 n. 7. D. Barbof. in rub. ff. soluto matrim. p. 2. §. 32. versum colligitur, vbi loquitur quando propter verba contracta est inter coniuges capitalis inimicitia; verba enim per se sola non sufficiunt ad præstandam sufficientem causam diuortij, nisi ex eis inimicitia capitalis inter coniuges oriatur, aut probabiliter possit mortis periculum timeri, Sanch. lib. 10. disp. 18. n. 15. & Guttier. canon. lib. 1. c. 24. n. 6. agit quando inter coniuges est lis super maiori parte bonorum, & Sanchez de matrim. lib. 10. disp. 18. n. 33. & Aym. conf. 31. n. 4. vol. 1. & Cephal. conf. 284 n. 64. cum seqq. dicit vbi odium est capitale non debere coniugem cautionis fragilitate fidere, vide latè Farin. in praxi crimin. q. 143. n. 129. cum seqq. & n. 225. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore cleric. reali §. 4. n. 102. cum seqq.

Aliqui proba, & honesta mulieri, &c. ] Notatur ad hoc quod pendente lite inter maritum & vxorem super separatione cohabitationis vxor tam apud honestas matronas, quam monasterium sequestrari tuto potest, ut per Farin. Rotæ decr. 245 in 1. collect. noniss.

Vel parentes eius. ] Notatur ad hoc quod siuita parentum viri, etiam præbet vxori iustam diuertendi causam, ac petendi cautionem securitatis, ut per Butr. hic n. 6. & Abb. num. 4. Jacob. de Grassis p. 1. decr. lib. 2. cap. 84. num. 1. quos refert, & sequitur Sanch. lib. 10. disp. 18. n. 23. vbi intelligit quando vir in culpa est illius sanctitatis, ut si vxorem cum eo periculo retineat in parentum domo, vel parentes in ipsam per propria sui ipsius.

In gloss. Sufficiens cautio, ibi, sufficiens cautio dicitur si pignora, vel fideiussores dentur. Similis gloss. verbo idem c. quamquam, de censib. lib. 6. Bern. reg. 75. Duen. reg. 86. Garc. Falcon. reg. 192. Menoch. de arbit. casu 142 n. 3. Cou. var. lib. 3. c. 3. n. 6. Guttier. in l. nemo potest n. 247 ff. de legatis 1. Pinel. in l. 1. p. 2. n. 76 c. de bonis mat. Cenall. commun. contra commun. q. 66. Aloyf. Ric. in praxi rerum fori Ecclesiast. decr. 254 n. 3. in 1. edit. alias dec. 68. p. 2. Steph. Gratian. discept. forens. c. 147 n. 22. Molin. de instit. tract. 2. disp. 334 n. 4. Fr. Anton. à Soula in relect. Bullæ Cæne c. 23. disp. 98. n. 1. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 33. à n. 43. & alij de quibus Sanch. d. disp. 18. n. 35. Surd. decr. 320 n. 7. vbi infra ad c. ult. à n. 6. hoc tit.

In ead. gloss. ibi, Et index recipiat cautionem per quam magis possit mulier esse securo. Ergo arbitrio iudicis relinquatur quanta cautio sufficiat cum alibi præscriptum non sit, Sanch. d. disp. 18. n. 2.

In gloss. Legitimè, ibi, id est, per legitimum consensum, &c. & ibi, in facie Ecclesiæ. Notatur ad hoc quod in matrimonio locus non est restitutioni, nisi quando constat de legitimo consensu, ut per Ioan. Andr. hic n. 5. Butr. n. 10. Abb. sub n. 5. vers. contra, Rot. decr. 147. n. 28. apud Farinac. p. 1. recent. vbi dicit ex eo procedere, quia non potest in persona libera haberi quasi possessio huius seruitutis coniugalitatis, nisi ex legitimo consensu. Vnde mulierem coniugatam spoliata à viro non restitui ante omnia si matrimonium fuit clandestinum, tenet Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 45. Guttier. ead. tract. c. 75 n. 1.

In gloss. Et ab eo cognitam. Notatur ad hoc quod in matrimonio, quateras Sacramentum, possunt, imò se ipsi coniuges alter in alterum sui corporis transferunt potestatem, ita ut transferens iam sui corporis potestatem non habeat, D. Barbof. in rubr. ff. soluto matrim. p. 2. n. 78. Francisc. Molin. de ritu nuptiarum lib. 2. differ. 15. n. 14.

## SYMARIUM.

- 1 Pensionis rei donatæ per solutionem factâ donatario cum auctoritate donatoris acquiritur illi donatario rei donatæ



# De Restitut. spoliatorum, Tit. XIII. 435

- 1 donata possessio, adeo quod si ab illa expellitur, per interdictum Recuperanda agere poterit.
- 2 Possessio per locationem probatur etiam in praedictum tertij si locator percipiat pensionem, seu mercedem, quae est loco fructuum.
- 4 Possessio non probatur ex locatione, nisi probetur locatorem fructus, vel pensionem nomine proprio, non autem iure familiaritatis percepisse.
- 5 Possessio probatur per instrumenta in quibus continetur locatio decimarum, & earum perceptio à conductoribus.
- 6 Ecclesia, & Praelati vi constituti transferunt possessionem.

## CAP. Cùm venisset. IX.

- 1 **P**ossessio rei donatae donatario acquiritur per solutionem pensionis rei donatae factam donatario cum auctoritate donatoris, adeo quod si ab illa expellatur, per interdictum Recuperanda agere poterit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innocent. Bald. Anch. Panorm. Butr. Henric. Cujac. Viu. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 95. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 232. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret lib. 2. tit. 6. c. 4.
- 2 Perceperunt. ] Et sic acceperunt possessionem, vide Anton. Gom. l. 45. Tauri, n. 67. & n. 193. in fine, Tiraq. de retractu lig. § 23. glo. 1. n. 35.
- 3 Annuat pensionem. ] Notatur ad hoc quod possessio per locationem probatur etiam in praedictum tertij si locator percipiat pensionem, seu mercedem, quae est loco fructuum, Rom. conf. 70. n. 11. Alex. conf. 88. n. 14. lib. 5. Ruin. conf. 118. n. 111. lib. 4. Paris. conf. 104. n. 89. lib. 1. Nat. conf. 672. n. 10. quos refert, & sequitur Mantica. decis. 245. n. 2. Tiraq. de constituto p. 3. limit. 1. n. 22. Boët. decis. 105. à n. 13. Mascard. de probationib. conclus. 1181. n. 3. Valasc. de iure emphyt. g. 9. n. 1. D. Barbof. in l. si alienam, n. 80. ff. soluto matrimonio. Cald. Pereira de emptione c. 25. n. 9. Marc. Anton. var. resolut. lib. 1. resolut. 106. n. 39. & seqq. & lib. 3. resolut. 40. n. 10. Vnde inferitur possessionem non probari ex locatione nisi probetur locatorem fructus, vel pensionem nomine proprio, non autem iure familiaritatis percepisse. Socin. sen. conf. 205. n. 5. lib. 2. Boët. d. decis. 105. num. 14. quos refert & sequitur Mantica. decis. 241. n. 1. Vnde inferunt Doctores possessionem probari per instrumenta in quibus continetur locatio decimarum, & earum perceptio à conductoribus, Socin. sen. conf. 13. num. 14. lib. 4. Sarnien. de annali. q. 47. num. 1. & 2. Carl. de Grassis decis. 10. de causa possess. & prop. Menoch. remed. 3. retin. n. 132. Rota in Mediolanen. decimarum 27. Iunij 1612. coram Pionaro.
- 4 Vitiose tamen, &c. ] Notatur ad hoc quod Ecclesia, & Praelati vi constituti transferunt possessionem, vt per Tiraquell. d. tract. de constituto p. 2. ampl. 23. Et constitutum coloni, conductoris, ferui, & aliorum per quos possidemus, non transfert possessionem nisi colonus id fecerit consentiente domino, vt per Tiraq. cod. tract. de constituto p. 3. limit. 14. n. 2.

## SVMMARIVM.

- 1 Actore agente petitorio, si reus super eadem re deducit possessorium, proceditur in solo possessorio, suspenso petitorio.

Tom. I.

- 2 Mulier spoliata à viro quasi possessione maritali ante omnia est restituenda.
- 3 Exceptio dilatoria post litem contestatam opponi potest, quando index non vult de illa cognoscere.
- 4 Declaratur text. in praesenti, & in cap. 2. de ordine cognit.
- 5 Appellationis remotio non impedit appellationem ubi manifestè quis grauatur.

## CAP. Ex conuersione. X.

### LUC. III.

- 1 **S**i vir uxorem relinquit, & agat de nullitate matrimonij apud iudices, & mulier petat sibi restitui virum appellando, prius est restituendus vir, & omnia acta post appellationem sunt nulla. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Anch. Bald. Panorm. Butr. Henric. Cujac. Viu. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 96. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 232. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret lib. 2. tit. 9. c. 8.
- 2 Vi um sibi restituatur petisser, &c. ] Notatur ad hoc quod mulier spoliata à viro quasi possessione maritali ante omnia est restituenda, vt per Sanch. de marim. lib. 3. disp. 45. n. 1. Cenall. commun. contra communes q. 736. n. 4. Sahag. in c. 1. de sequest. possess. num. 105. & 113. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 17. n. 43. verbi & aduerte.
- 3 Et ante ingressum litem, &c. ] Notatur ad hoc quod quando index non vult cognoscere de exceptione dilatoria, tunc etiam post litem contestatam poterit opponi, vt per Rebuff. de exceptionib. n. 38. vbi idem dicit quando non stetit per partem quominus opponeret, sed per iudicem, qui compulsi partem statim ad litem contestandam.
- 4 Quod fieri non debuit. ] Ex eo, quia licet petitorium fuisset prius intentatum super consanguinitate, possessorium tamen respiciens eandem rem etiam per viam actionis facit ipsum petitorium suspendere, & in hoc casu procedere text. in praesenti testatur D. Barbof. in l. si de vi, à n. 447. ff. de iudic. ibi etiam declarans text. n. c. 2. sup. de ord. cognit. procedere quando petitorium proponitur super diuersa re, ita vt possessorium intentatum nihil commune habeat cum praedicto petitorio.
- 5 In gloss. Post appellationem, ibi, remotio appellationis non impedit appellationem, ubi manifestè quis grauatur. Vide Hyppol. in l. 1. §. si ferui quasi n. 10. ff. de quest. & sing. 592. & consil. 89. n. 11. Perez l. 2. gloss. 1. pag. 572. col. 2. tit. 5. lib. 3. Ordin. Farin. Rota Romana decis. 59. n. 4. in 1. collect. nouiss.

## SVMMARIVM.

- 1 Spoliator violentus rem cum fructibus, etiam qui percipi potuissent, restituere, damna refarcire, & de iniuriis satisfacere compellitur.
- 2 Restitutio spoliari debet fieri cum damnis, & interesse.
- 3 Spoliator tenetur de iniuria.
- 4 Spoliari restitutio debet fieri cum fructibus.
- 5 Fructus qui dicantur, & qua veniant nomine fructuum remissive.
- 6 Spoliatus restituendus est ad fructus, quos percepisset, seu percipere potuisset ex re ipsa, si ei possidere fuisset licitum.
- 7 Fructus integri si restitui iubentur, intelligitur deductis expensis.

Oo 2

8 Fructus



- 8 Fructus intelliguntur deductis necessariis expensis.  
 9 Possessor bona fidei tenetur tantum restituere fructus extantes ante litem contestationem, & non consumptos, post litem verò contestatam universos.  
 10 Possessor bona fidei suos facit fructus industriales, non verò naturales, nisi habeat titulum.  
 11 Fructus industriales bona fide consumptos non tenetur bona fidei possessor restituere, nisi quatenus ex eis locupletior evaserit.

## CAP. GRAVIS. XI. Celest. III.

1 Qui ab aliis rem vi, damno, & iniuria abstulit, tenetur integrè restituere rem, & plenè resarcire. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Anan. Host. Innoc. Bald. Panorm. Butr. Beroi. Cujac. Viu. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 96. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 232. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. Decretal. lib. 2. tit. 7. c. 5.

2 Damna plenariè resarcire. ] Notatur ad hoc quòd restitutio spoliati debet fieri cum damnis, & interesse, ut per Viuian. tom. 2. commun. opinion. lib. 8. tit. 3. n. 2. pag. 3. Cardof. in praxi iudicum, & Advocat. verbo interdictum, n. 27. & damna alleganti incumbit onus probandi, Mascard. de probat. concl. 470. n. 1. vbi n. 8. iuncta concl. 471. resoluunt quòd damnum probatur per iuramentum illius, qui passus est damnum postquam probata fuerit violentia, de quo etiam Cardof. verbo damnum, n. 7.

3 Et de illis iniuriis. ] Notatur ad hoc quòd spoliator tenetur de iniuria, Cardof. in praxi iudicum, verbo interdictum, n. 52.

4 Vi non tantum fructus, &c. ] Quia restitutio spoliati debet fieri cum fructibus, Boer. decif. 18. Tiraq. in l. si unquam, verbo reuertatur, n. 276. C. de reuoc. donat. Couar. lib. 1. var. cap. 3. n. 1. Menoch. remed. recuper. num. 412. D. Barbof. in rubr. ff. soluto matrim. p. 3. n. 73. Guttier. practica. lib. 3. q. 38. n. 20. Ceual. commun. contra commun. q. 762 n. 69. Cabed. Lustr. decif. 68. n. 3. p. 1. & ita fructus percepti lite pendente veniunt restituendi in iudicio ordinario, quia dicuntur percepti mala fide, at verò in iudicio summario retinenda restituntur tantum percepti post intentatum possessorium, Rota decif. 317. apud Farinac. p. 1. re. ent. & sententia condemnans ad restitutionem rei includit etiam fructus perceptos post ipsam sententiam, Surd. decif. 212. à n. 11. Fructus qui dicuntur, & quæ veniant nomine fructuum? vide Tiraquel. de retractu lign. §. 15. gloss. 1. n. 27. Cassan. in consuet. Burgundia, rubr. §. 17. verbo, & faire, fol. mibi 184. Ioan. Garc. de expens. c. 23. à n. 3. Salgado de protecl. Regia. tom. 1. p. 4. c. 9. n. 75. cum multis segg. metipsum in tract. de appellat. verborum viriusque iuris significat appell. 103. Et de divisione fructuum, vide Couatru. d. c. 3. n. 6. cum segg. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. cap. 4. n. 52. cum segg. Menoch. de arbit. causa 210. à n. 2. Cop. in tract. de fructib. lib. 1. c. 3. latè Castill. quod lib. 1. de usufructu, cap. 36. à n. 50. Rebelle. d. part. 1. lib. 2. q. 4. Et quòd spoliatus debet restituere quoad fructus & expensas, ita ut spoliator aliter audiri non debeat, tenent Caputaq. decif. 11. p. 1. Cael. de Grassis decif. 5. n. 18. de restit. spoliati. Aym. conf. 140. n. 3. Greg. decif. 52. n. 11. Rot. in Lanellen. seu Melphien. pecuniaria 16. Nouembris 1620. coram bonæ memoriæ Vbaldo, & in Romana sylue 15. Maij 1628. coram Reuerendiss. P. D. Verospio, & hoc procedit etiam quòd expensæ & fructus non sint liquidi, adeò ut non suffi-

ciat oblatio cum cautione, vel obligatione de soluendo facta liquidatione, sed liquidatio præcedere debet. Caputaq. decif. 150. n. 7. & 8. p. 1. & decif. 270. n. 5. p. 2. & decif. 175. n. 1. & 3. & decif. 184. p. 3. Anton. Gabr. commun. sub hoc tit. concl. 5. n. 97. Menoch. remed. 1. recuper. n. 412. Surd. conf. 28. n. 30. Scraph. decif. 1176. n. 2. & 3. Rot. decif. 269. n. 1. in fin. p. 1. recent & in Romana domorum in Burgo 11. Maij 1620. coram bon. mem. Vbaldo, & in Meleutana bonorum... Iulij 1622. coram R. P. D. Nauarro, vbi quòd spoliatori neque compensatio conceditur, per l. vlt. in fin. de compensat. Caputaq. d. decif. 171. n. 2. p. 3. & fuit dictum in Assisen. spoliij 26. Iunij 1613. coram R. P. D. Dunogetto sen. refert Ferrentil. in annot. decif. 449. Burattii.

Possessores veteres percepissent. ] Notatur ad hoc quòd spoliatus restituendus est ad fructus, quos percepisset, seu percipere potuisset ex re ipsa si illi possidere fuisset licitum, ut per Viu. tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 1. num. 304. vers. ampliat. textus, nam à mala fidei possessore restituendi sunt fructus, quos poterat verus rei dominus ex illa percipere, l. 12. tit. 17. p. 1. vbi gloss. 5. & l. 40. tit. 28. p. 3. Anton. Gom. var. tom. 3. c. 13. n. 38. vers. item adde. col. 2. post med. Ceual. quest. 119. & 120. Azened. resp. 6. à n. 1. Spin. in speculo testam. gl. 3. princ. n. 53. Pichard. in §. si quis à non domino, num. vlt. Instit. de rerum diuis. latè Sanch. in precepta Decalogi, lib. 2. cap. 2. n. 106. Azened. l. 1. n. 97. tit. 13. lib. 4. nouè recopil.

Cum integritate restituere. ] Intellige deductis expensis: nam si lege, rescripto, vel privilegio inbeatur integros fructus restitui, intelligendum est, deductis expensis, D. Barbof. in l. fructus n. 3. ff. soluto matrim. Garc. Girond. de privilegiis, seu exemptionum explic. n. 1211.

In gloss. Fructus, ibi, fructus enim intelliguntur deductis necessariis expensis. Vide Menoch. remed. 15. recuper. n. 574. Couar. lib. 1. var. c. 3. n. 3. Mexi. in tract. tassæ panis concl. 2. à n. 88. Surd. de aliment. tit. 9. q. 12. n. 15. & q. 41. n. 25. & decif. 87. n. 11. & dec. 282. n. 31. Ceual. commun. contra commun. tom. 4. q. 897. num. 516. Gonzal. ad reg. 8. Ca. cel. §. 7. proam. n. 163. Cardof. in praxi iudicum, verbo fructus, n. 7. Garc. Girond. vbi proxime, n. 1210. Monet. de decimis c. 6. n. 31. & plures citatos per me in tract. de appellat. verbor. viriusque iuris significat appell. 103. num. 22.

In ead. gloss. ibi, Bona fidei possessor tenetur restituere tantum extantes ante litem contestationem, & non consumptos, post litem verò contestatam universos. Vide Perez. l. i. gloss. 2. pag. 708. col. 1. tit. 13. lib. 3. Ordin. & in rubr. tit. 2. gloss. 1. p. 17. lib. 8. Rebelle. de oblig. instit. p. 1. lib. 2. q. 4. n. 8. & p. 2. lib. 7. q. 2. num. 6. Sanch. d. c. 23. n. 66. 73. & 190. cum segg. Tiraquel. de retractu lign. §. 15. gloss. 2. n. 3. cum segg.

In ead. gloss. ibi, Et hoc potest intelligi de fructibus industriales, &c. Aduerte possessorem bonæ fidei suos efficere fructus industriales, non verò naturales, nisi habeat titulum, vide Couar. d. cap. 3. n. 6. Ioan. Garc. de expens. c. 23. n. 35. & 36. Pichard. in d. §. si quis à non domino, num. 13. & 14. Spin. d. gloss. 13. princ. n. 50. & 51. Rebel. d. p. 1. lib. 2. q. 4. n. 8. concl. 2. & n. 11. oncl. 4. Sanch. d. c. 23. n. 67. & 68. & ideo huiusmodi industriales fructus bona fide consumptos non tenetur bonæ fidei possessor restituere, ut resoluunt Ant. Gabr. commun. lib. 5. tit. de acquirendo rerum dominio, concl. 2. n. 1. Ioan. Garc. d. cap. 23. num. 40. in fine, nisi quatenus ex eis locupletior evaserit. Menoch. remed. 15. recuper. num. 598. Tolet. in summ. lib. 5. cap. 17. n. 9. & 10. Petr. Ledesma in summ. part. 2. tract. 8. cap. 14. post 4. conclus. dub. 3. dicto 1. & 2. Fr. Emman. in summa tom. 2. cap. 42. n. 1. Bannes 22. quæst. 62. articl. 6. dub. 3. conclus. 1. & 2. vbi



# De Restitut. spoliatorum, Tit. XIII. 437

vbi Arag. art. 6. paulo post princ. & Salon. controu. 3. concl. 4. Card. Tufsch. tom. 4. concl. 490. n. 4. Sayr. in claus. Regia lib. 10. tract. 2. c. 2. n. 2. Molina de iustit. tract. 2. disp. 569. vers. quando aliquid, & disp. 718. n. 1. & disp. 719. n. 4. Valquez. lib. 2. c. 96. art. 5. disp. 172. c. 1. n. 3. & 4. Less. de iustit. lib. 2. c. 12. dub. 2. n. 9. & 10. Rebell. de obligat. iustitiae p. 1. lib. 2. g. 4. n. 10. & 11. Sanch. d. c. 23. a num. 77.

## S V M M A R I V M.

- 1 Possessionem ingressus ignorante domino ad quem pertinet, potest per ipsum dominum statim cum sciuerit repellere, etiam violenter, nec ex tali repulsione competit repulso contra dominum interdictum possessionum.
- 2 Punendus est mitius qui provocatus offendit.
- 3 Vim committere non dicitur, qui statim amissam possessionem procurat.
- 4 Auctoritate propria incontinenti de possessione clandestina potest quis expelli.
- 5 Vim vi repellere licet.
- 6 Possessionem non amittit, qui sub conditione recedit.
- 8 Spoliatus non solum probare debet possessionem, sed etiam deiectionem.
- 9 Excommunicatus non est qui violenter a domo expellitur clericum illam iniuste occupantem.

## CAP. Olim. j XII. Innoc. III.

- 1 **P**ossessionem ingressus ignorante domino ad quem pertinet, potest per ipsum dominum statim cum sciuerit repellere, etiam violenter, nec ex tali repulsione competit repulso contra dominum interdictum possessionum. Colligant ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innocent. Bald. Panorm. Henric. Butr. Anch. Cujac. Viuiam. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 97. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 233. remissive Casal. in annot. Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret lib. 2. tit. 6. c. 1.
- 2 Ipsos adeo circumvenit, &c. ] Notatur ad hoc quod mitius est puniendus, qui provocatus offendit, ut per Tiracq. de penis temper. c. 1. n. 6. cum seqq.
- 3 Praesertim cum statim, &c. ] Notatur ad hoc quod vim non dicitur committere, qui statim amissam possessionem recuperat, ut per Menoch. cons. 2. n. 179.
- 4 nam de possessione clandestina potest quis expelli propria auctoritate incontinenti, gloss. verbo ultra, ad med. in l. 1. §. pen. ff. vii. possidetis, Valasc. de iure emphyt. g. 18. n. 9. Menoch. reined. 3. retin. n. 19. D. Barbof. in l. si de vi, a n. 209 ff. de iudic.
- 5 Vim vi duxeris repellendam. ] Notatur ad hoc quod vim vi repellere licet, Thom. de Thomalet. reg. 306. Cardin. Tufsch. tom. 8. lit. V. concl. 2. 13. Bellet. diquis. clerical. p. 1. tit. de favore Clericorum Canonis, §. 2. n. 1. intelligentes procedere quando vis vi repellitur ob necessariam defensionem sui corporis, & cum modera mine inculpatæ tutelæ. Et argumento huius textus licere vim inferre de iure Canonico, tenet Cou. in Clement. si furiosus, p. 3. §. n. 6. col. 3. vbi reprehendit aliquos differentiam constituentes inter vtrumque ius.
- 6 Reddimus absolutum. ] Ex eo quia isti non potuerunt transferre possessionem absque mandato Episcopi, quia eius nomine possidebant, ita Perez l. 2. gloss. 1. post. princip. vers. subinfertur, tit. 13. lib. Ordinam.

Tom. I.

In gloss. Traditum. Notatur ad hoc quod possessio nem non amittit, qui sub conditione recedat, ac per consequens non dicitur spoliatus qui non possedit, Azucud. per text. ibi in l. 1. n. 4. tit. 13. lib. 9. nona recop. Cald. Pereira de potestate eligendi c. 17. n. 16.

In gloss. Restitutionem. Notatur ad hoc quod spoliatus non solum probare debet possessionem, sed etiam deiectionem, ut per Anton. Gom. l. 45. Tauri num. 181. & seq. Couar. in reg. possess. part. 2. §. 1. n. 4. Alphan. collect. 334. Menoch. reined. 15. recuper. a n. 391. Cardof. in praxi iudicium verbo interdictum num. 22.

In gloss. Excessistis, ibi, sed nunquid isti sunt excommunicati, &c. Aduerte illum exculari ab excommunicatione, qui violenter a domo repellit clericum illam iniuste occupantem, quando repellens non potest illam aliter recuperare, quam violenter clericum expellendo, ut per Syluest. verbo excommunicatio 6. n. 6. Sayr. de censur. lib. 3. c. 27. n. 19. Molina de iustit. tom. 6. disp. 56. n. 3 quos refert, & sequitur Bonacina de censur. disp. 2. g. 5. puncto 4. n. 1. vers. 3.

## S V M M A R I V M.

- 1 Consanguinitas in gradu prohibito vbi opponitur contra perentem restitutionem coniugis, & offeruntur probatores parati, receptio ab opponente iuramento de malitia, negabitur restitutio quoad thorum, & fiet quoad reliqua, si vero probationes promptæ non sint, fiat plena restitutio, nisi sit magna viri sanctia.
- 2 Episcopus quando dicatur in remotis agere, remissus, & n. 1.
- 4 Domini exceptio obstat agenti interdicto, Vnde vi, quando agitur de re, quæ cum periculo recuperari non potest.
- 5 Domini exceptio incontinenti probanda impedit restitutionem in possessorio, præcipue vbi imminet animæ periculum.
- 6 Incontinenti dicitur aliquod breue temporis spatium arbitrio iudicis taxandum.
- 7 Instrumentum offerens dicitur incontinenti probare.
- 8 Diuortij est sufficiens causa alterius sponsi notabilis asperitatis, seu sanctia.
- 9 Vir tenetur mulieri a se fugienti propter eius sanctias alimenta prestare in domo vbi habitauerit, quamvis maritus nullam dotem habuerit, & n. 10.
- 11 Index Ecclesiasticus potest censuris compellere coniuges ad cohabitandum.
- 12 Cautio pignoratitia, vel fideiussoria desideratur, ut coniux probabiliter timens alterius coniugis sanctiam teneatur cum illo cohabitare.
- 13 Sanctia coniugis quando est tacita ut nulla securitatis cautio sufficiens ab alio prestari possit, non est restituendus coniux spoliatus.
- 14 Episcopo inferiores consuetudine possunt acquirere facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus.
- 15 Uxorem a domo absque iusta causa expellens restituatur, si eam repetat, & illa redire renuat.
- 17 Papa in nullo impedimento iure diuino naturali matrimonium dirimente dispensare potest.
- 18 Media via est eligenda.
- 19 Pars rescata in his Decretalibus sapius ad plenum Pontificiarum dispositionum intellectum pertinet, & n. 20.
- 21 Gradus omnes Leniti. 18. expressi obligant in Lege noua.
- 22 Restitutio minime est differenda probationibus in promptu paratis.

00 3

23 Coniux



- 23 *Coniux impeditur conscius si ab Ecclesia excommunicetur, quia debuit negare, talis excommunicatio verè coram Deo non ligat.*
- 24 *Restitutio uxoris impeditur propter sanctitatem viri, & timorem offendendi eam.*

## CAP. Literas. XIII.

- 1 **M**ulier opponens coniuginitatem, præsertim in gradu à lege diuina prohibito, si incontinenti offert probationes paratas, præcipue si fama consentit, est præcipienda restitutio in omnibus præter copulam carnalem quovsq; causa terminetur: interim ad cautelam iuret mulier quod non malitiose obiecit; si verò non habeat incontinenti paratas probationes, sed dilationem quærat compelli debet censuris ad plenariam restitutionem, quia præsumitur contra eam cum sua temeritate sine iudice recessit à viro, ipsa tamen ex se abstineat à thoro, & humiliter toleret censuram donec rem probauerit, & absoluat: sed si tanta sit sanctitas viri ut non sit tuta, non restituatur, vel provideatur de sufficienti securitate. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Butr. Anchar. Henric. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 98. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 233. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 6. cap. 3.
- 2 *In remotis agente.* Episcopatus quando dicatur in remotis agere, vide gloss. verbo remotis in cap. cum multis, de tempor. ordinat. lib. 6. Zabar. in elem. causam, verbo ex remotis, de electione, Aloyf. Ricc. in praxi aurea variarum resol. resol. 18.
- 3 *Dispensare non potest, &c.* Id est, dispensare non debet, nec expedit, secundum Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 52. n. 8. in medio.
- 4 *Videtur periculum oppugnare.* Notatur ad hoc quod exceptio dominij obstat agenti interdicto. Unde vi, quando agitur de re, quæ cum periculo recuperari non potest, vt per Menoch. remed. 1. recuperandæ, n. 114. & n. 308. cum seqq. & n. 318.
- 5 *Et probationes offeruntur incontinenti.* Notatur ad hoc quod exceptio dominij incontinenti probanda impedit restitutionem in possessorio, præcipue vbi imminet animæ periculum, vide Menoch. remed. 1. recuper. n. 248. Mench. illustrium quest. c. 32. n. 2. Et dicitur incontinenti aliquod breue temporis spatium arbitrio iudicis taxandum, vt per Menoch. de arbit. casu 12. n. 4. Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 12. n. 23. Ille verò, qui offert instrumentum, dicitur incontinenti probare, Tiraq. de retratu lig. §. 2. gloss. 1. m. 20.
- 6 *Quam tamen ipsa hori, &c.* Adverte absolutionem exigi in presenti, pro foro externo, in quo excommunicatio valida erat, vt per Sanch. lib. 2. disp. 39. n. 9.
- 7 *Si verò tanta sit viri sanctitas, &c.* Notatur ad hoc quod notabilis asperitas, seu sanctitas alterius sponsi est causa sufficiens diuortij, Paris. conf. 54. n. 9. vol. 4. Alex. conf. 113. n. 2 & 3. vol. 4. Couar. de sponsalibus p. 2. c. 7. §. 5. in princ. Anton. Gom. var. tom. 2. c. 1. n. 51. prop. finem, Mozz. de contract. si de matrim. cap. fin. num. 65. Rebel. de obligat. iustit. lib. 9. q. 18. sect. fin. n. 46. in fin. Sord. de aliment. tit. 6. q. 5. n. 19. Guttier. canon. quest. lib. 1. c. 24. Burfar. conf. 218. n. 2. vol. 2. Gabr. conf. 161. num. 7. & 8. Menoch. casu 139. Mascard. de probat. concl. 1018. D. Barbof. in rubr. ff. soluto matrim. p. 2. n. 25. Farinac. p. 4. decif. 75. vbi addit. lit. C. & Rota Rom. decif. 278. in 1. collect. nouiss. alias p. 4. diuers. Valer. Reginald. in praxi

fori pœnit. lib. 31. n. 20. 4. & n. 315. cum seq. Bellet. disquis. cleric. p. 1. tit. de fauore cleric. reali, §. 4. n. 92. latè Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 18. Nam propter sanctitatem coniugis fit separatio thori, quoad cohabitationem, non quoad matrimonij fœdus, quando emendandæ vitæ, aut pœnitentiæ nulla dantur indicia, & minus ex cautione de non offendendo bonus speratur euentus, Pancirol. conf. 82. Moret. conf. 41. Franc. Marc. decif. 718. p. 2. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 2. tit. 24. n. 115. Card. Tusch. lit. M. concl. 143. Ioan. Baptista Costa de remed. subsid. remed. 8. per tot. Peguer. crimin. decif. 30. n. 10. Thelaur. Pedem. decif. 130. n. 6. Mascard. de probation. concl. 1018. n. 6. D. Barbof. dicit. n. 23. vers. succedat igitur, Sanch. d. disp. 18. num. 4. Farin. in praxi crimin. q. 143. n. 129. cum seqq. optimè Rota decif. 441. num. 2. apud Farin. p. 1. in recent. vbi cum Paris. conf. 54. n. 14. lib. 4. censuit ad probandam sanctitatem requiri probationes necessarias & concludentes, & non sufficere testes singulares: imò requiri omnem exceptione maiores, Felin. in rubr. de sponsal. num. 5. Socin. iun. conf. 86. n. 6. cum seqq. lib. 2. Hyppol. Riminald. conf. 174. num. 17. Nat. conf. 616. sub num. 1. quia causa separationis est causa grauis, & ardua, Hyppol. Riminald. d. conf. 174. n. 16. & reputatur causa status Farin. in praxi crimin. q. 143. §. probatio sanctitatis, n. 164. Rot. decif. 441. n. 2. p. 1. recent. & in Romana separationis thori 28. Ianuar. 1613. coram Card. Sacrato. Vnde si probetur uxorem aliquid tentasse ad viri necem, tunc posse virum separari, resoluit Valac. de partition. c. 6. n. 47. Guttier. d. c. 24. n. 8. vbi idem tenet si supposuit marito facturas, & herbarias, seu incantationes, vel si venefica probetur, Quæ quidem sanctitas ad inducendam separationem debet esse magna, Abb. in c. ex transmissa, in princ. & num. 4. de restit. spol. Aldobrand. conf. 71. num. 1. lib. 1. Farin. conf. 157. n. 4. lib. 2. & fuit dictum in Neapolitana separationis thori 15. Aprilis 1616. coram boha mem. Card. Sacrato, & in Neapolitana separationis thori 28. Iun. 1624. coram bon. mem. Buratto: leuis namque verberatio est permittenda viro, præsertim ex causa, Bald. conf. 176. n. 7. lib. 1. Roland. conf. 27. n. 13. & 17. lib. 3. Hyppol. Riminald. conf. 174. n. 31. Aldobr. d. conf. 71. n. 4. Farin. d. conf. 157. n. 5. & d. q. 143. n. 194. Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 18. sub num. 16. Tiraq. de legib. comub. gloss. 1. p. 1. num. 22.

Neque dicta sanctitas inducitur ex vnico actu Roland. d. conf. 27. n. 12. Aldobr. d. conf. 71. n. 8. lib. 1. Bald. conf. 176. sub n. 3. vers. & si mulier, vbi quod si mulier dicat quod fuit verberata semel in decem annis, ista non fuit sanctitas, sed correctio, quodque vir sapiens debet diem malos mores corrigere ne transeat in consuetudinem, cum aliis per Sanch. d. disp. 18. sub n. 16. vers. adde ex vnica verberatione, sed debet constare quod vir sit solitus frequenter sanire ultra modum in uxorem, Farin. d. q. 143. n. 203. & fuit firmiter in dicta Neapolitana separationis thori, coram bon. mem. Buratto.

Quinimò nec sufficit sanctitas præterita, & sic quod præterito tempore sanierit atrociter in uxorem, sed necesse est quod adit probabilis timor, quod etiam in posterum vir saniet in uxorem, Abb. in d. cap. ex transmissa, n. 2. de restit. spoliar. Sanch. d. disp. 18. sub n. 16. vers. secundò existimo; imò ad hunc effectum sufficit solus metus futurae sanctitatis, & alicuius grauis mali, Sanch. d. disp. 18. n. 10. & 19. Farin. d. q. 143. n. 140. Rot. in d. Rom. separation.

Deinde requiritur quod mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas prouideri, vt per text. in presenti, & in c. transmissa, eod. tit. tenet Aldobr. d. conf. 71. n. 3. l. 1. & infra latius n. 13. Illud tamen aduertendum 9 duxi



# De Restitutione spoliatorum, Tit. XIII. 439

- duxi teneri virum mulieri à se fugienti propter eius leuitias, & mala tractamenta, seu alias cum causa, & culpa ipsius viri, alimenta præstare in domo in qua inhabitaret, Lara in l. si quis à liberis, §. si vel parent, n. 6. cum seqq. & §. si quis ex his, n. 210. Pegner. decis. 20. Guttier. d. c. 14. n. 7. Valase. d. c. 6. n. 58. & consil. 1. n. 4. & 5. Farin. in praxi crimin. q. 43. n. 136. Bernard. Granæ. ad prætic. Camera Imper. lib. 1. concl. 17. confid. 3. n. 8. vbi n. 9. cum seqq. asserit alimentorum nomine comprehendi & expensas in lite faciendas, quæ quidem alimenta à viro vxori sunt præstanda, quamvis maritus nullam dotem habuerit, Guttier. d. cap. 24. n. 7. Thefaur. Pedem. decis. 130. num. 2. D. Barbof. ff. soluto matrimon. in rubr. p. 3. post num. 41. & n. 43. An autem isto casu communicentur quæ sita inter virum, & vxorem separatam, vide Perez l. 4. gloss. 1. pag. 164. vers. quid autem eris, & pag. 170. tit. 4. lib. 5. Ordin.
- 10 Quoniam omne quod non est ex fide peccatum est, &c.] Hanc auctoritatem D. Pauli ad Roman. 14. secundum communem SS. Patrum sensum explicauit ad rubr. de summa Trinit. & fide Cathol. n. 2.
- 11 Ad restitutionem plenariam debet Ecclesiasticis censuris compelli. Notatur ad hoc quod potest index Ecclesiasticus censuris coniuges ad cohabitandum compellere, & vi adducere coniugem, qui separatus est, vt per Conar. de sponsalib. p. 2. c. 7. in princ. num. 1. post Brunel. Abb. Dec. Alex. de Neuo, Matienf. Cuch. & alios, Sanch. lib. 9. disp. 4. n. 6.
- 12 Alioquin sufficiens, &c.] Ergo cautio pignoratitia, vel fideiussoria desideratur, vt coniux probabiliter timens alterius coniugis leuitiam, teneatur cum illo cohabitare, gloss. verbo, sub cautela, in cap. de Benefic. l. 2. q. 1. Cenal. commun. contra commun. q. 66. n. 9. & 10. post Lancelot. Fr. Emman. Veg. & alios, Sanch. disp. 18. n. 40. nomine enim sufficientis cautionis intelligitur pignoratitia, siue fideiussoria, vt dixi ad gloss. verbo, sufficiens, in cap. ex transmissa, sup. hoc tit. Si verò vir discretus sit, & emendatæ vitæ, itavt index arbitretur attentata leuitia probata, & circumstantiis concurrentibus satis consili vxoris incolumitati iureiurando præfinito, non est opus alia cautione, vt resoluit Sanch. d. disp. 18. n. 41.
- 13 Non solum non debet illi restitui, &c.] Notatur ad hoc quod quando leuitia coniugis est tanta vt nulla securitatis cautio sufficiens ab alio præstari possit non est restituendus coniux spoliatus, sed sententia diuortij pronuntianda est, vt per Abb. hic num. 7. Gautier. Canon. lib. 1. q. 24. n. 7. Rot. in Romana separatiouis thori 1 Martij 1630. Coram R. P. D. Merlino D. Barbof. in rub. ff. soluto matrimon. p. 2. n. 20. in finem, & n. 27. Sanch. d. disp. 18. n. 31. Seraphin. decis. 226. n. 3. p. 1. Bellet. d. §. 4. n. 94. prope finem, vbi citat Alexand. conf. 78. n. 4. volum. 5. Rimin. Iun. consil. 174. num. 12. Cephal. conf. 384. num. 70. volum. 3. & Turret. conf. 15. num. 36. volum. 2. Arbitrabitur autem index quanta subit leuitia quod non possit prouideri vxori remedio cautionis, Cephal. conf. 384. in fine, Menoch. de arbit. casu 159. in fine Guttier. d. q. 24. num. 10. Sanch. disput. 18. num. 32. Basil. Pontif. de matrimon. lib. 9. cap. 13. num. 5. ad fin. Seraphin. decis. 226. num. 1. Rot. decis. 39. num. 2. & decis. 156. num. 3. post 1. v. l. conf. Farin.
- 14 In gloss. In tua, 1. Notatur ad hoc quod consuetudine possunt inferiores Episcopo acquirere facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus, vt per Conar. de sponsalib. p. 2. cap. 8. §. 12. num. 1. Palat. in repet. cap. per vestras, de donation. inter virum, notat. 2. §. 1. num. 27. & 33. & notat. 1. §. 1. num. 2. Nauar. conf. 1. sub tit. de officio deleg. num. 5. in antiq. & cons. 3.

sub eod. tit. in nouis, & hanc consuetudinem, si sit inmemorabilis, non fuisse Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 20. vers. ad hac, referunt decum in sacra Concilij Trident. Congreg. additio ad Nauar. d. conf. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 33. n. 5. quos refero ego ipse de officio, & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 84. num. 1.

In gloss. Dinertis ibi, sed contra credo, &c. Notatur ad hoc quod si ipse vir se vxore spoliaret eam domo expellendo absque iusta causa, etiam tunc eam repetens est restituendus si ipsa redire renuat, ita Sanch. lib. 10. disp. 12. n. 17.

In ead. gloss. ibi, Nec etiam exceptio rei indicata locum habet ibi. Hanc glossæ doctrinam esse veram dicit Imola hic num. 12. quando incontinenti probaretur aliquid contra ipsam sententiam, alias in dubio stare debere sententiæ, ex c. 1. vt lite non contestat. refert Sanch. d. disp. 12. n. 20.

In gloss. Non potest ibi, idem credo de gradibus diuina lege prohibitis. Notatur ad hoc quod in nullo impedimento iure diuino naturali matrimonium dirimente potest Summus Pontif. dispensare, vt per Conar. de sponsal. p. 6. c. 6. §. 10. n. 10. Nauar. in man. c. 22. n. 84. Petr. Ledesim. de matrimon. q. 55. art. 6. circa primum statum affinitatis, differ. 1. concl. Sanch. lib. 8. de matrimon. disp. 6. n. 10. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 1. num. 39.

In gloss. Viam mediam. Notatur ad hoc quod media via est eligenda, vt per Thom. de Thomaf. reg. 178. vbi declarat procedere quando ius, vel sententia non potest magis adaptari ad vnâ partem, quàm ad aliam, refertur in libello de principis verumque iuris ad lit. M. num. 19. in med. & vide quæ dixi in tractat. de Axiomat. iuris vsusfreq. Axiom. 23. n. 2. & Axiom. 145. num. 5.

In gloss. Et inf. à. Nota partem concisam, sen resecatam pertinere sapius ad plenum Pontificiarum dispositionum intellectum, vt obseruauit supra ad procem. Decret. in verbo, hac tamen compilatione.

In gloss. Per Decretalem, ibi, quia loquuntur in possessione. Vide Tract. in tract. le mort, p. 6. declarat. 5. num. 4.

In gloss. Diuina lege. Notatur ad hoc quod omnes gradus leuitici 18. expressi obligant in Lege noua, ac proinde in illis fuerit prohibitum iure ipso naturæ matrimonium, vt per Abb. hic num. 6. & 12. Imola num. 6. Paris. consil. 68. à num. 369. vol. 4. & citatos à Sanch. lib. 7. disp. 12. n. 5. vbi n. 6. resoluit non omnes illos gradus consanguinitatis, & affinitatis leuit. 18. obligare in lege Evangelica, cum quo numeris seqq. prosecute ad plenam huius dubij resolutionem.

Tenet hæc gloss. secundam gradum in linea inæqualis transversalium, hoc est, inter patruos, & consobrinas, & consobrinos, & amitas iure diuino ad nuptias prohiberi, atque ideo Roman. Pontificem in eo non posse dispensare, sequuntur post alios hic Abb. num. 17. Imol. num. 13. Zabarell. & reliqui communiter scribentes, idem repetit gloss. in c. gaudemus, de diuort. Præpos. ad arborem num. 12. Paul. & Maior. in 4. dist. 40. Syluest. verbo Papa q. 17. Vigner. cap. 16. §. 7. vers. 9. Sed contrariam sententiam vetiorem esse profitentur, sequuntur Bonan. Scot. & Durand. ac reliqui Theologi communiter in 4. distinct. 40. vbi Sot. dist. 41. art. 4. vers. ad certum, & post Caietan. Specul. par. 1. art. 4. concl. 5. & par. 2. art. 15. Couar. de sponsalib. par. 2. cap. 6. §. 10. num. 6. Anchar. conf. 117. & alij plures, quos refert, & sequitur Sanchez de matrimon. lib. 7. disput. 52. num. 8. Nec obstat text. in præsent. dum ait, præsertim in gradibus diuina Lege prohibitis.

O o 4



prohibitis, & paulo post, cum in illis dispensari non possit, quo loco Pontifex agens de gradibus prohibitis in Leuitico definit non posse dispensare quasi gradus illi omnes Lege diuina naturali adhuc obligante prohibeantur, quia respondetur Pontificem ibi agere de gradibus prohibitis Lege diuina veteri iudiciali, vt gloss. & communis hic exponit, solent enim Romani Pontif. leges iudiciales Ecclesiasticis constitutionibus renouare, & quasi inuolabiles obseruare, non quasi diuinarum legum hodie vim habere, sed propter earum bonitatem, & commoditatem, cum enim Deus Opt. Max. eas ad populi sui gubernationem dederit olim, dubitandum non est, quin maxime sint viles, ac necessariae, meritoque ad iustificandas leges humanas adducuntur, prout etiam fit in cap. parochianos, & in cap. tua nobis, cum seqq. de decim. & in cap. 1. de homicid. & toto tit. de iniuriis, qua ratione in hoc text. Pontifex ait non posse dispensari, non quia lex diuina sit obligans, aut quia si dispensatio facta sit non valeat, sed quia non expedit in illis gradibus dispensari, nec mirum est, quod super prohibitionem iuris humani text. dicat dispensari non posse, quoniam cum lex est adeo iusta, & Reip. necessaria, vt non expedit in ea dispensari, non fiet sine peccato dispensatio, requirit enim omnis humana legis dispensatio causam iustam ad bonum commune pertinentem, vt docet D. Thom. 1. 2. q. 97. art. 4. Caiet. in summ. verbo, disputatio, Sot. lib. 1. de iustit. art. ult. quest. ult. Couar. d. cap. 6. §. 9. num. 7. Cum ergo personae prohibita in Leuitico adeo sint sanguine coniunctae, & inter eas requiratur quaedam conseruanda honestatis, & pudicitiae naturalis ratio, licet non sit ad documentum sufficiens per se, nihilominus suadet esse ab illis iuribus abstinendum, & ideo recte fit, vt in illis non detur dispensatio, & quod non expedit vt fiat, recte Pontifices aiunt fieri non posse, iuxta l. filium, C. de condit. insti. & in c. non liceat Papa, 12. q. 2.

22 In gloss. Offeruntur in continenti. Notatur ad hoc quod restitutio minime est differenda probationibus in promptu paratis, excepto quando opponitur impedimentum dirimens matrimonium, vt per Couar. de sponsalib. p. 2. c. 7. §. 5. n. 9. Menoch. illustr. lib. 2. c. 88. n. 2. Anton. Gabr. comm. opin. tom. 3. lib. 5. de restit. spoliat. concl. 1. n. 43. Menoch. remed. 1. recap. n. 114 & n. 2. 9. cum seqq. optime Sanch. lib. 10. disp. 12. n. 22. Sic etiam si negaretur matrimonium, & essent in promptu probationes, admitti debent, ac retardatur executio propter periculum animae, & timorem peccati ne daretur cohabitatio illicita, Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 20. vbi Rip. sub n. 83. ff. de acquir. possess. Couar. de sponsal. p. 2. c. 7. §. 5. n. 9. post med. Gabr. comm. sub hoc tit. concl. 1. n. 130. Rota decis. 147. n. 30. apud Farinac. p. 1. recent.

23 In gloss. Tolerare. Notatur ad hoc quod coniux impeditenti conscius si ab Ecclesia excommunicetur, quia debitum negat, talis excommunicatio verè coram Deo non ligat, vt per Vict. in summ. de matr. n. 268. Sanch. lib. 2. disp. 39. n. 9.

24 In gloss. Sufficiens, ibi, ergo multo minus, &c. Notatur ad hoc quod propter viri sauitiam, & timorem offendendi vxorem impeditur eiusdem vxoris ipsi viro restitutio, vt per Menoch. de arbit. casu 137. n. 5. Mascard. d. concl. 1018. n. 5. D. Barbosa in d. rubr. ff. soluto matrim. p. 2. sub n. 18. Sanch. d. lib. 2. disp. 18. n. 2. Farin. d. q. 145. n. 133.

- 1 Possessio non acquiritur per solam traditionem mulieris ad domum viri factam non precedentibus sponsalibus etiam inualidis, unde ea recedente propria auctoritate non competit restitutio.
- 2 Restitutio quoad copulam non conceditur quando matrimonium nondum fuit consummatum.
- 3 Traditio ad domum hodie non facit transire sponsalia in matrimonium de praesenti, nisi in traditione ipsa nouus consensus coram Parocho, & testibus exprimat.
- 4 Minor restituendus est circa religionis professionem.
- 5 Minor an in spiritualibus possit petere restitutionem in integrum, remissum.
- 6 Minor xxv. annis si renuntiauit beneficio suo, an possit implorare beneficium restitutionis, remissum.
- 7 Utilitas debet augeri, non minui per dignitatem.
- 8 Restitutio in integrum minori laico in contrahen matrimonij etiam in dotis constitutione non datur.

## CAP. Ex Parte. XIV.

Quando non praecesserunt, nec sunt sequuta sponsalia, vel consensus legitimus, sed vir traxit mulierem in domum suam, & mulier discedens vult alteri nubere, vir non potest petere restitutionem mulieris, quia non fuit spoliatus, & mulier potest agere per procuratorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Host. Henric. Butt. Cujac. Vinian. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 110. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 124. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 6. c. 4.

Restitui nequaquam debeat, &c. Notatur ad hoc quod restitutio etsi integra petatur, nimirum quoad copulam, non conceditur quando matrimonium nondum fuit consummatum, vt per Abb. hic n. 23. D. Barbosa in rubr. ff. soluto matrim. p. 2. n. 8. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 41. n. 50. & p. 7. disp. 112. n. 2. vbi asserit text. in praesenti de sola restitutione quoad habitationem, & alia obsequia agere, atque ita solum traditionem ad domum petere.

Cum per solam traditionem, &c. Ergo si praecessissent sponsalia, transissent in matrimonium de praesenti per traditionem ad domum, quod hodie correctum est attenda noua Concilij Trident. dispositio, nisi enim in traditione ipsa nouus consensus coram Parocho, & testibus exprimat, nisi traditio efficeret, Perez l. 1. gloss. 5. pag. 41. vers. quarto, tit. 1. lib. 5. Ordinam. Matien. ad rub. tit. 1. gl. 1. n. 5. cum seqq. lib. 5. noua recopil. Spin. in speculo testam. gloss. 15. n. 65. vers. etiam dicendum, Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. compar. 13. n. 7. Ego ipse de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 32. n. 150.

In gloss. Quamuis, ibi, similiter in voto. Notatur ad hoc quod minor restituendus non est circa religionis professionem, vt per Maur. de in integr. restit. c. 46. Sfort. Odd. eod. tract. p. 2. q. 6. art. 4. n. 23. Cald. Pereira in l. si curatorem, C. de restit. in integrum verbo, contractum, n. 28. Peregrin. de iure fisci, lib. 5. tit. 2. n. 46. cum seqq. Flamin. de resign. lib. 3. q. 7. n. 2. 17. & 60. quos refert, & sequitur Sanch. de matr. lib. 7. disp. 37. n. 21. vers. quaratione.

In ead. gloss. ibi, sed nunquid minor potest petere restitutionem in integrum in huiusmodi spiritualibus, &c. Disputat Cenal. comm. contra comm. q. 83. i.

In ead. gloss. ibi, sed si minor xxv. annis renuntiauit beneficio



# De Restitutione spoliatorum, Tit. XIII. 441

beneficio suo, nunquid possit implorare beneficium restitutionis? Vide Cour. var. lib. 1. c. 5. n. 3. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 7. c. 20. q. 9. Valer. Reginald. in praxi fori pœrit. lib. 10. tract. 1. n. 334.

In ead. gloss. ibi, quia utilitas debet augeri, non minus per dignitatem. Vide Perez l. 4. gloss. 1. tit. 4. lib. 4. Ordinam.

Denique notatur hæc gloss. ad hoc quod restitutio in integrum minori læso in contractu matrimonij etiam in dotis constitutione non datur, Boër. dees. 350. n. 5. Mauric. de integ. restit. c. 245. Sfort. eod. tract. p. 2. q. 60. art. 1. n. 3. Surd. de aliment. tit. 7. p. 17. n. 14. quos refert, & sequitur Franc. Molin. de ritu nupr. lib. 2. differ. 6. n. 4.

## S V M M A R I U M.

- 1 Interdictum, Vnde vi, non competit contra illum, qui non spoliavit, nec spoliari mandavit, nec spoliationem ratam habuit.
- 2 Offendens, seu occidens iniuriam inferentem principali suo amico, domino, vel consanguineo, non præsumitur de eius mandato occidisse si delictum sit momentaneum, n. 3. secus si de scientia domini appareat, n. 4.
- 3 Famulus delinquens in extrahione rerum prohibitarum nocet domino si sciuerit.
- 4 Spolium non solum per possessionem parvi, sed etiam per publicum instrumentum in re tempore electionis confectum probari potest.
- 5 Possessor olim, etiam hodie possessor præsumitur.
- 6 Interdictum, Vnde vi, non datur nisi contra illum, qui deiecit.
- 7 Spoli actio in rem scripta competit successor, & contra successorem.
- 8 Ecclesiasticis rebus potest agi contra quemlibet possessorem.
- 9 Appellatio competit adversus sententiam latam super possessione momentanea.
- 10 Decretum iudicis in possessore p'enario habet vim sententia diffinitiva.
- 11 Officialium scientia quando arguat scientiam domini, offenditur.

## C A P. Cùm ad sedem XV.

**I**nterdictum, Vnde vi, non competit contra illum qui non spoliavit, nec mandavit spoliare, nec ratam habuit spoliationem, quæ si non probatur per testes, vel partium confessionem in iudicio, vel per instrumenta, vel per evidentiam facti, si quæ fuit lata sententia cassatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Butr. Panorm. Anch. Henric. Cujac. Viu. in ration. secundæ libri iuris Pontif. pag. 100. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 234. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 6. c. 5.

Et pertinentiis. Appellatione pertinentiarum quæ veniant in statuti, legibus, & aliis quibuscunque dispositionibus de eis mentionem facientibus tradunt omnes in præsent. Collect. 9. Innoc. vers. & dic quando pertinentiarum nomine, Ioan. Andr. vers. pertinentiarum autem nomine, Abb. vers. sed nunc quero, Card. cons. 47. vers. ad illud, Calder. cons. 6. de verbor. signif. Xuar. allegat. 7. ex n. 13. & allegat. 8. num. 14. Roland. à Valle cons. 10. ex n. 34. lib. 3. Graner. cons. 395. Bursat. cons. 5. n. 7. 24. & 25. volum. 1.

Bertachin. in repert. p. 4. verbo pertinentia, Gail. lib. 2. obseru. 1. Valasc. de iure emphyt. q. 51. num. 3. Mantie. de consuet. ultim. volunt. lib. 4. tit. 14. num. 32. cum seqq. Anton. Gabr. commun. lib. 6. tit. de verborum signific. concl. 10. Matienf. l. 1. gl. 12. tit. 10. lib. 5. noue recop. Menoch. cons. 378. ex num. 26. & cons. 145. num. 24. & de præsumpt. lib. 3. præf. 99. Card. Tufsch. præf. concl. lit. P. concl. 323. Salgado de protect. Regia tom. 1. p. 4. cap. 10. num. 88. cum seqq. plures per me citati in tract. de appellat. verborum utriusque iuris signific. appell. 200.

Cumanen. Episcopi nuntius, &c. Notatur ad hoc quod nuntius, famulus, consanguineus, amicus, seu filius occidens seu aliquo modo offendens eum, qui iniuriam intulit principali suo, domini consanguineo, amico, seu filio, non præsumitur occidisse, seu offendisse de mandato eius, qui iniuriam recepit, & in cuius commodum, & utilitatem tale delictum redundabat, vt per Bernard. reg. 183. in princ. Menoch. remedia 1. recap. n. 56. Rebuff. ad l. 40. §. familia, vers. regula est, ff. de verbor. signific. p. 221. Mascard. de probat. conclus. 1003. num. 3. & concl. 1012. num. 2. & concl. 1300. à n. 1. latè Farin. in praxi crimin. p. 134. à n. 67.

Amplia procedere in delicto momentaneo, quia tunc dominus non præsumitur illi consensisse, secus quando huiusmodi delictum habet tractum successuum, vt p. 1. Rebuff. loco proxime citato, vers. secundò non procedit, Menoch. de præsumpt. lib. 5. q. 27. num. 12. & 13. Mascard. de probat. conclus. 1411. 16. D. Barbof. in l. si mora, num. 41. ff. soluto matrim. Farinac. d. q. 134. à n. 73.

Limita nisi de scientia domini appareat, Rebuff. ubi proxime, vers. tercio fleuitur. Vnde famulum delinquentem in extrahione rerum prohibitarum, vel in venditione nocere domino si sciuerit, tenet Bobadil. in sua polit. ca. lib. 4. c. 5. n. 3. in dabo verò præsumitur ignorantia in domino, consanguineo, amico, & parte in cuius utilitatem, seu vindictam delictum ab altero commissum fuit, Menoch. d. q. 27. num. 4. Thefaur. Pedem. decis. 138. num. 28. Farinac. d. q. 134. num. 94.

Nec per dicta testium, vel confessiones partium, &c. Ergo attestations, & partium confessiones inter se differunt, idem probat text. in cap. in præsentia, in princ. de renuntiatio. text. melior in cap. cum causa, pen. ibi, ex probationibus viri, vel ex mulieris confessione, de raptorib. & in cap. si clerici, 4. in princ. ibi, conuicti fuerint, vel confessi, de iudic. & in cap. cum olim, 24. in fine, de verbor. signif. & hanc sententiam sequitur, & latè defendit Tyndar. in tract. de testib. lib. 2. cap. 7. num. 1. Non obstat quod partis confessio probatio est, & liquidissima, per quam iudex instruitur in causa, Clement. constitutionem, in fine, ibi, probationem tamen per aduersarij confessionem, &c. de elect. quia respondetur secundum aliquos confessionem non esse propriè probationem, imo magis ab onere probandi releuare, & ea de causa rubricam de confessis ante rubricam de probationibus in hoc volumine positam fuisse, prout tantquam verior sententiam sequuntur Abb. num. vlt. & Doctores communiter in d. rubr. Perez ad l. 5. tit. 8. lib. 3. Ordin. Vel rursus melius responderi potest testimonium esse quidem probationem, quemadmodum similiter confessio dicitur probatio secundum meliorem & probabiliorem sententiam, & continetur sub genere probationis, nihilominus tamen tantquam diuersas species inter se distinctas maximè differre, eo quod confessio in causa propria, testimonium verò in causa aliena manifestationem facit, vt per se patet. Vnde aduertendum, quod licet testimo



testimonium sit confessio propria respectu ipsius testificantis, & ita procedat text. in cap. per suas, de prob. & in l. generaliter, C. de non num. pecun. non tamen talis dicitur respectu personarum, pro qua, vel contra quam profertur, iuxta supradicta.

6 Vel etiam instrumenta. Notatur ad hoc quod spoliolum non solum per confessionem partis, vel per testes, sed etiam publicum instrumentum in re temporis electionis confectum probari potest, ut per Mascard. de probat. concl. 1329 a n. 1.

In gl. Et pertinere ibi, sed qualiter procedatur, &c. Notatur ad hoc quod in liti exordio, siue principio, & in respicientibus eius ordinationem magis actori quam reo fauendum est, in medio autem æqualitè utique fauendum est, id, tam actori quam reo ut veritas indagetur, & in fine magis fauendum est reo ut in dubio absoluitur, ita Gail. lib. 1. obseru. 31. sub n. 9. Bernard. reg. c. 55. Menoch. de presumpt. lib. 2. pres. 90. n. 18. Buccaron. de differ. inter iudicia civilia & criminalia. differ. 164. n. 5. ubi n. 6. aduertit quod supra dixi, videlicet ut circa media causæ faueatur æqualiter utrique tam actori quam reo, non est verum in criminalibus, & n. 7. declarat illud dictum quod in fine causæ & sic in sententiando magis fauendum sit reo quam actori, ut non procedat si filius, vel Ecclesia sint actores, quia ubi probationes essent pares, in fauorem illorum sententia in civilibus tantum erit ferenda.

7 In gloss. Diuitur. Notatur ad hoc quod olim possessor, & hodie possessor presumitur, vide ad c. olim, 17. n. 8. inf. hoc tit.

8 In gloss. Interdictum, fin. ibi, nam interdictum, Vnde vi, non datur nisi contra illum, qui deiecit, &c. Vide Rot. Bononiens. decis. 111. n. 1. cum seqq. Tiraq. in tract. le mort, p. 6. declar. 4. n. 8. Menoch. remed. 1. recap. n. 410. ubi resoluit quod si testator dum vixit fuit spoliatus, cessat tunc possessionis continuatio, & per consequens spoliatio in hæredis personam, nisi intra annum spoliati hæres nomine testatoris agere velit. Actio verò spoliij in rem scripta competit successorij, & contra successorem, ut per Abb. b. n. 20. & 27. Afflict. decis. 361. n. 33. Cassad. decis. 3. sub hoc tit. Rota decis. 476. n. 2. apud Farin. p. 1. recent.

10 In ead. gloss. ibi, Videtur tamen quod in rebus Ecclesiasticis possit agi contra quemlibet possessorem. Vide Menoch. remed. 1. recap. n. sicutum seqq. n. 90.

11 In ead. gloss. ibi, A sententia lata super possessione momentanea appellatur. Notatur ad hoc quod iure Canonico regulariter à meris possessoris licita est appellatio quoad utrumque effectum deuolutiuum, & suspensiuum, ut per Duen. reg. 94. Couar. pract. c. 17. sub n. 7. Marant. de ordine iudic. p. 6. tit. de appel. n. 295. Lancell. de attent. p. 2. c. 12. limit. 15. n. 18. Ozaic. Pedem. decis. 25. n. 18. in fine, Ioseph. Ludon. Perus. decis. 28. n. 19. & 20. Felician. Solis de censib. lib. 3. c. 1. sub n. 11. Cæs. Contar. in rep. l. vnic. C. si de mon. poss. limit. 3. n. 2. & 5. Pontan. de spol. lib. 4. c. 1. n. 41. vers. verum, Menoch. remed. 4. adipisc. q. 110. n. 840. Achil. Personal. de adipisc. n. 346. vers. & quamvis, pag. 269. Marchefan. de commission. pag. 242. n. 86. p. 1. Non obstat cap. fin. vers. de possessione 2. q. 6. quia continet verba Gratiani, ac proinde non habet vim Canonis. Conrad. in d. l. vnic. in 2. ratione decidendi n. 31. Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. mem. 7. n. 2. Salgado de protest. Regia tom. 3. p. 3. c. 12. n. 76. quia decretum iudicis in possessorio plenarie habet vim sententiæ diffinitivæ, censuit Rota decis. 227. n. 3. p. 1. apud Farin. in recent. vide Menoch. remed. ult. res. n. 46. & 47. Bernard. Graue. ad pract. Camera Imper. lib. 1. concl. 7. confid. 1. num. 1. Valasc. consult. 79. num. 18.

12 In gloss. Restituitur, fin. Notatur ad hoc quod quando clericus conuenitur ex maleficio, vel quasi, non habetur

In ead. gloss. ibi, Presumendum est ex hoc de voluntate domini factum fuisse, &c. Sant qui teneant per hanc glossam Principem presumi scire illud, quod sui officarij faciunt, ut per Boer. decis. 277. n. 7. & ideo nobiles teneri de facinoribus famulorum resoluit Tiraq. de nobilit. cap. 37. num. 34. Aduerte in hac materia regulariter scientiam officialium arguere scientiam domini, quando officiales scientiam habuerunt uti officiales, secus si aliter, ex Bart. in l. si publicanus, §. in omnibus, num. 1. ff. de publican. Alexand. conf. 6. num. 3. vers. ut enim verum, lib. 1. Roman. conf. 2. num. 3. vers. ut enim verum, lib. 1. num. 26. vers. quibus adde. Surd. decis. 185. num. 16. vers. & quam, & conf. 566. num. 14. vers. quarto, quos citat Rota decis. 507. num. 2. apud Farinac. p. 1. recent. ubi numeris segg. censuit officialium scientiam non arguere scientiam domini, quando illa prouenit ex actu non spectante ad dominum, vel quando non agitur de præiudicio domini, vel quando talis scientia prouenit ex actu modici momenti, vel inducenti præiudicium domino.

## SUMMARIUM.

- 1 Exceptio inopia de qua constat à clerico opposita impedit executionem sententiæ etiam lata in possessorio.
- 2 Actio est inanis quam inopia creditoris excludit.
- 3 Executio potest fieri contra clericos in redditibus beneficiorum, intellige ut ibi.
- 4 Clericus quando conuenitur ex maleficio, vel quasi non habetur ratio ne egeat.

## CAP. Olim. ij. XVI.

Spoliator qui spoliatus fuit, nec habebat unde restitui, non est cogendus ad restitutionem nisi prius sit restitutus, ut habebat unde restitui, alioquin actio, quam inopia debitoris excludit, esset inanis. Colligitur ex Ordinari. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Panorm. Butr. Anchar. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag. 101. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 234. remissive Ximen in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decret. lib. 2. tit. 4. c. 1.

Quoniam inanis est actio quam inopia creditoris excludit, &c. ] Vide Boer. decis. 349. num. 2. Perez l. 6. gloss. 2. post princ. tit. 4. lib. 2. Ordin. & l. 25. gloss. 1. vers. sed quid, tit. 14. eod. lib. 2. metipsum Axiom. 85. num. 13.

Ad debitam partis restitutionem, &c. ] Notatur ad hoc quod executio potest fieri contra clericos in redditibus beneficiorum, ut per Tiraq. de retratibus lig. §. 1. gloss. 7. num. 50. Couar. var. lib. 2. cap. 1. num. 9. Guillelm. in cap. Raynuius, verbo, & vixerem, num. 136. Aufser. ad Capell. decis. 245. quod supradicti intelligunt modo nulla alia sint bona, in quibus possit fieri executio, & dummodo etiam ex eisdem beneficij fructibus dimittatur ipsis clericis congrua portio, unde valeat enim seruis necessariis iuxta qualitatem suam alimenta percipere, quod etiam aduertunt Roman. conf. 369. num. 30. Gig. de pensionib. q. 39. n. 4. Caccialup. eod. tract. q. 111. n. 5. quos refert, & sequitur Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore, §. 1. num. 11.

In gloss. Restituitur, fin. Notatur ad hoc quod quando clericus conuenitur ex maleficio, vel quasi, non habetur



# De Restitutione spoliatorum, Tit. XIII. 443

habetur ratio ne egeat, imo pro debito descendente ex huiusmodi maleficio potest capi, & in carcere detineri, vt per Boet. d. dec. 349. n. 11. Baëcam de inope debitor, c. 17. n. 13. Gutier. de iuram. confirm. p. 1. c. 17. n. 22. Hyppol. in pract. § attingam, n. 70. vers. hanc tamen conclusionem intellige, Farin. in praxi crimin. q. 26. a. n. 11. & q. 27. a. n. 72.

## S V M M A R I V M.

- 1 Iurisdictionis quasi possessio non probatur per excommunicationis probationem, licet aliquibus diebus fuerit obseruata, ideo petens restitutionem hoc solum probato succumbit.
- 2 Episcopus iurisdictionis quasi possessionem non acquirit si subditi timore censurarum ipsi obtemperauerint.
- 3 Pensionis solutio facta à beneficiario metu censurarum ei non nocet, nec constituit pensionarium in quasi possessione percipiendi pensionem.
- 4 Iurisdictionis quasi possessio an & quando amittatur per actum obedientiae violenter extortum, ostenditur.
- 5 Declaratur text. in praesenti.
- 6 Constitutum inutile est si constitutus non possidet.
- 7 Spoliato agenti possessorio recuperanda satis est probare quod aliquando possederit ante spoliū, licet non probet quod possederit tempore spoliij.
- 8 Possessor olim, etiam hodie possessor praesumitur, si contrarium non appareat, etiam si ex huiusmodi praesumptione resultaret, vel sequeretur delicti praesumptio, & n. 9. limitatur tamen si per decem annos non possideret naturaliter, vt n. 10. vel in ipsius possessoris praedictum vt n. 11.

## C A P. Olim. ij. XVII.

**R**estitutio Parochiae non debetur illi, qui dicit se spoliatum, & probat eo solo, quia communicauit, & populus Parochiae abstinent ab ingressu timore excommunicationis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Bald. Anchar. Panorm. Butr. Cuiac. Viuiam. in ration. secundi libri iuris Pontifici, pag. 101. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 234. remissus Casali. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 2. tit. 3. cap. 2.

- 1 Timore sententiae, &c.] Doctores communiter colligunt ex his verbis Episcopum iurisdictionis quasi possessionem non acquirere si subditi timore censurarum ipsi obtemperauerint per aliquos dies à diuinis abstinentes, vt per gloss. vlt. & Abb. num. 6. cum seqq. in praesenti. Indèque solutionem pensionis factam à beneficiario metu censurarum ei non nocere, neque constituit pensionarium in quasi possessione percipiendi pensionem, tenet, & comprobatur latè Gig. de pension. q. 36. per totam, Put. dec. 281. Seraphin. dec. 1017. num. 6. Verum constanter tenendum per actum obedientiae violenter extortum amitti, & transferri quasi possessionem iurisdictionis; ratio est, quia ad acquirendam quasi possessionem vnicus actus sufficit adaequatus iuri, de quo agitur, vt communiter fatentur Doctores, constat autem ad vsum iurisdictionis nullum actum magis adaequatum reperiri, quam prolatio censurarum, quibus subditi obtemperauerunt, sicut etiam esse noscitur solutio pensionis respectu ipsius pensionarij, neque iustum

metum (quem censuras inducere fateamur cum d. gloss. vlt. in praesenti, & communi in cap. cum dilectus, sup. de his, quae vi, explicant Conar. de sponsal. part. 2. cap. 3. §. 4. à num. 11. Padil. in l. interpositus, C. de transact.) dici potest impedire quominus possessio transferatur, nam per actum quantumcunque metu extortum amittitur quasi possessio, & in metu inferentem transfertur, idque non tam inuitis quam volentibus possessoribus, ex illo generali principio, voluntas coacta voluntas est, cum aliis, quae tradunt Doctores citati per me ad cap. 3. super, vers. is contradicentibus, sup. hoc tit.

Quare ad text. in praesenti, multipliciter respondere conantur Doctores; nam communis interpretatur Episcopum hic non potuisse acquirere quasi possessionem iurisdictionis in praedictum Abbatis ex facto subditorum abstinentium, quia non ipsi possidebant, sed Abbas, & ideo sine eiusdem scientia, & patientia incorporatum quasi possessio acquiri non potuit, iuxta l. 2. C. de seruizur. ita Abb. antiq. hic n. 12. Alex. in l. quamvis, §. 1. num. 8. ff. de acquirend. possess. Tiraquel. de constituto, part. 3. limit. 1. num. 1. Alij vero intelligebant ideo obedientiam subditorum satis non fuisse in hoc text. quia iurisdictioni non aliter censetur vlus adaequatus censurarum, quam si subditi paruerint iis, quae per censuras percipiuntur. Quae quidem solutiones minime iustificiunt, illa vero facilis erit si aduertat text. in praesenti, minime probare quod ex eo gloss. Abb. & alij communiter colligunt, non enim negat per actum obedientiae censurarum metu earum extortum acquiri quasi possessionem iurisdictionis Episcopalis, sed iuris parochialis, vt patet, ibi, super possessione iuris parochialis in parochia de Monte, & c. iuncto ibi, nullam in eo iuris parochialis possessionem, & ad finem, ibi, possessionem in ipsis iuris parochialis; quam verò diuersa sint ius parochiale, & ius Episcopale, constat ex iis, quae Abb. & alij communiter notant rubr. de parochiis, & in cap. conueniente, sup. de officio Ordin. & latè prosequuntur Lali. Zechi. de Republic. Ecclesiast. cap. 28. de parochiis, Paul. Fusch. de visit. lib. 2. cap. 1. & 3. Indèque colliges longè veriore, & receptiorem esse resolutionem eorum, qui dicunt pensionarium quasi possessionem percipiendi pensionem acquirere per vnicum actum solutionis, siue spontaneum, siue metu censurarum extortum, vt ex pluribus Rotae decisionibus comprobatur Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 5. à n. 451 & ultra ibi adductos, St. phan. Gratian. discept. forens. c. 113. n. 10. c. 310. n. 18. cum seqq. Marecot. var. resol. lib. 2. c. 22. n. 22. qui contrarias Doctorum sententias, & Rotae decisiones conciliare nituntur, vt apud eos videre poteris.

Nullam in eos, &c.] Notatur ad hoc quod constitutum inutile est, si constitutus non possidet, per Tiraq. de iure mariti, §. 3. limit. 1. n. 1.

Vel prius etiam, &c.] Notatur ad hoc quod spoliato agenti possessorio recuperanda satis est probare quod aliquando possederit ante spoliū, licet non probet quod possederit tempore spoliij, vt per Alciat. de praes. reg. 3. praes. 21. num. 13. & 14. Couar. in reg. possessor. part. 2. §. 1. sub n. 4. vers. mihi sane, Mascard. de probat. concl. 1195. num. 1. iuxta regulam receptissimam, quod is, qui probat olim possedisse, si contrarium non appareat, etiam hodie possessor praesumitur, vt tenent Doctores communiter in l. siue possidetis, C. de probat. & in l. non ignorabit, pex text. ibi, C. ad exhibendum, & ita fatentur Ripa in cap. 3. num. 32. super hoc tit. Couar. ad reg. possessor. part. 2. §. 1. n. 14. Garc. reg. 175. Anton. Gabr. commun. tit. de praesumpt. concl. 10. Menoch. remed. 15. recuper. num. 386. & plenius de praesumpt.



*pres. lib. 6. pres. 64.* vbi multiplici ratione confirmat, & *conf. 21. n. 7.* Mench. *illustr. c. 5. n. 6.* Flamin. *de resignat. lib. 13. q. 5. n. 115.* Nicol. Garc. *de benef. p. 6. c. 3. n. 75. cum segg.* Card. Tusch. *tom 6. lit. P. concl. 417. à princ.* Stephan. Grat. *discept. forens. c. 310. n. 57.* & esse theoricam, quam tota iuris interpretum tam Pontificij, quam Casarej schola sequuta est, asserit Mascard. *concl. 1200. in princ.* & Alciat. *d. pres. 21. reg. 2. Rot. decis. 4. n. 11. & 12. p. 2. diuers. & in Adiacen. Parochialis 12. Maij 1625.* coram bon. mem. Vbaldo Vnde Rota *decis. 24. n. 7.* apud Farin. *p. 1. in recent.* censuit possidentem de præsepri non præsumi possedisse de præterito, quando constat quod de præterito alius possidebat; in dubio verò qui probat initium possessionis, præsumitur etiam hodie possessor, Alciat. *d. pres. 21. à princ.* Gom. *l. 50. Tauri, n. 37.* Rebuff. *de pacificis possess. n. 269.* Flamin. *lib. 3. q. 6. n. 76.* & qui probatur semel dominus, semper præsumitur retinuisse dominium, etiam post mille annos, Fichard. *tom. 1. comm. opin. lib. 4. tit. 9. n. 140. pag. 510.*

9 Amplia regulam illam, quod olim possessor, etiam hodie possessor præsumitur, vt procedat etiam si ex huiusmodi præsumptione resisteret, vel sequeretur delicti præsumptio, ita ex Alciat. *d. pres. 21. reg. 2. limit. 8.* resoluit Mascard. *d. concl. 1201. n. 28.* Et etiam respectu successoris particularis, vel vniuersalis, quia allegare potest possessionem, quam aliquando habuit ille, à quo causam habuit, fuisse ab eodem continuatam vsque ad mortem, quia nunquam præsumitur mutata, sed potius semper fuisse penes eum, qui aliquando in possessione fuisse probatur, ita post Bart. & Alciat. communem testatur Mascard. *d. concl. 1201. n. 14.* Menoch. *d. pres. 64. n. 17.*

10 Limita regulam, vt non procedat quando olim possessor allegans se hodie possidere iam diu, post decem scilicet annos, non possidet naturaliter, nam per lapsum decennij præsumitur amissa possessio, vt probat text. in *l. furtum, §. fundi, ff. de vsucap.* & ex Bart. tenere Doctores communiter testatur Alciat. *dist. pres. 21. limit. 6.* Tiraq. *de constit. limit. 21.* Anton. Gom. *l. 45. Tauri, n. 102. d. 3.* Couar. *d. p. 2. §. 1. n. 5.* Gurtier. *de iuram. confirm. p. 3. c. 18. n. 1.* Mascard. *d. concl. 1201. à n. 32.* Menoch. *d. pres. 64. à n. 42.* & lib. 6. *pres. 66. à n. 3.*

11 Limita etiam, vt procedat huiusmodi præsumptio in fauorem possessoris, veluti ad vsucapionem, & interdictum Recuperande, non verò in ipsius præiudicium, ita Ripa *d. c. 3. n. 27. cum segg.* Mascard. *d. concl. 1201. n. 45.* post Couar. & alios, quos refert Menoch. *d. pres. 64. à n. 29.* plures alias declarationes, limitando, & ampliando prosequere cum citatis in discursu.

Cum ipsum non confiteretur spoliatum. ] Ergo Prælatas nomine Ecclesie, vel Prælatuæ potest agere tam in petitorio, quam in possessorio, ne dum Recuperande, sed etiam Retinende, Abb. in *cap. cum super n. 19. 20. & 21. de causa posses. & prop. & in cap. litera, n. 3. vers. circa primum, de dilation.* etiam quod ipse Prælatas fecerit inutile contractum, & habuerit se pro spoliato, quia cum ex inutili contractu facto per Prælatum possessio non transferatur, Bart. in *l. 1. §. si vir uxori, n. 1.* Iason. *n. 28.* Bolognet. *n. 64. ff. de acquirend. posses. Verall. decis. 182. n. 9. p. 3.* nomine Prælatuæ, vel Ecclesie potest petere manutentionem, Verall. loco allegato, Seraphin. *decis. 1417. n. 3.* addent. *ad decis. 116.* Gregorij XV. Rot. in *Theatina iurisdictionis S. Ioannis 19. Maij 1621. vers. & ulterius fuit consideratum.* Prælatuæ namque & Ecclesie, prout pupillus, sunt tales vt non possint perdere possessionem, Bart. in *d. l. 1. §. si vir uxori, num. 3.* quem sequitur Parif. *consil. 27. num. 7. vol. 1.* ita eleganter Rot. in *Colimbrien.*

*presimoniorum 10. Decembris 1631.* coram R. P. D. Dunozetto.

In gloss. Timore, ibi, nota timorem, &c. ] Intellige si excommunicatio iniusta est, nec potest de facili adiri superior, cum Couar. *de sponsal. p. 2. n. 3. §. 4. n. 12.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Recipiens scienter rem inuassam à spoliatore, tenetur eam spoliato restituere, licet non probet dominium.
- 2 Interdictum, Vnde vi, datur contra tertium, ad quem succedentem in vitium scienter, illa violenta possessio peruenit.
- 3 Spoliatus restituendus non est si culpa, & facto suo à possessione cecidit.
- 4 Iura pro eodem reputant auferre, & deuenire iniuste.
- 5 Succedens scienter in vitium violentie tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis, & de omni eo, quod erat in fundo, tempore, quo successit in eo, licet ad illum non peruenerint.

## C A P. Sapè. XVIII.

Spoliator si distraxit in rem in alterum scientem, spoliatus habebit beneficium restitutionis contra retinentem scienter. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Panorm. Butr. Anch. Ripa, Cujac. Viuian. in *rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 102.* Alagona in *compendio iuris Canonici, pag. 235.* remissive Casal. in *annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augult. *collect. 4. Decretal. lib. 2. tit. 3. cap. 9.*

Vt si quis de cetero scienter, &c. ] Notatur ad hoc quod recipiens sapienter à spoliatore rem inuassam, & vitio violentie affectam, spoliato eam restituere tenetur, vt per Boët. *de iur. 238. sol. antepen.* datur enim interdictum, Vnde vi, contra tertium ad quem succedentem in vitium scienter, illa violenta possessio peruenit, ita Bellacomib. *tom. 2. commun. opinion. lib. 8. tit. 3. num. 5. pag. 336.* vbi etiam quod in dubio ignorantia præsumitur, etiam si sit successor singularis, si sciens de spolio habuerit rem ab illo primo spoliatore, Flamin. *de resignat. benef. lib. 1. q. 6. n. 60.* Valasc. *conf. 95. n. 14.* nam, vt tenet idem Flamin. *d. q. 16. n. 59.* subrogatus in ius alterius etiam quo ad possessionem tenetur purgare spoliū, sicut ille in cuius locum fuit subrogatus. Hinc notat Valasc. *de iure emphyt. q. 18. n. 16.* infert tertium scienter accipientem rem emphyteticam ab emphyteuta posse à domino conueniri remedio huius cap. quia spoliij particeps est, & in vitium succedit scienter. Illud vtiliter in hac materia aduertendum duxi, illam scilicet qualiter, quod scienter succedit in vitium violentie debere pro forma probari per actorem agentem ex remedio huius cap. in tantum quod non sufficeret probare quod possessor habuerit scientiam, quod res esset aliena, sed quod haberet scientiam rei violentie, ita Mascard. *de probat. concl. 1248. n. 33. & concl. 1321. n. 30.*

Notatur etiam ad hoc quod spoliatus restituendus non est si culpa, & facto à possessione cecidit, vt per Menoch. *remed. 15. recap. num. 95.* Put. *dec. 276. num. 1. in nouis,* Rota *dec. 628. num. 1.* apud Farin. *p. 1. recent.*

Eo quod non multum interfit quoad periculum animæ, &c. ] Notatur ad hoc quod iura pro eodem reputant



# De Restitutione spoliatorum, Tit. XIII. 445

putant auferre, & detinere iniuste, vide gloss. 2. in l. 4. tit. 12. lib. 1. leg. fori, Angel. in §. equitur, n. 17. Infit de except. Perez. l. 4. gloss. 1. p. 13. col. 2. tit. 3. lib. 3. Ordinar. Vnde ex hoc text. colligit Palat. in repet. rubr. de donat. inter virum, §. 65. n. 3. quod restitutio male acquisitorum debet fieri statim cum potest. Colligit etiam Tiraq. de pen. temp. c. 44. n. 9. cum segg. quod non minus furtum committunt, & rapinam, qui pauperibus non subueniunt, quam qui aliena furantur, & rapiunt.

Adverte maxime quod huiusmodi scienter succedens in vitium violentie tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis, & de omni eo, quod erat in fundo tempore, quo successit in eo, licet ad illum non pervenerint, vide Perez. l. 1. gloss. 1. pag. 348. col. 2. t. 1. 18. lib. 8. Ordin. Azueved. l. 1. n. 70. tit. 13. lib. 4. nova recop. D. Barbof. in l. si alienam, n. 49. in fine, ff. soluto matrim. vbi n. 50. in medio, asserit remedium huius capitis in multis esse exuberantius, quam remedium c. reintegranda 3. q. 1. de cuius text. materia, & intellectu vide Rot. Bononien. decis. 10. & 12. Put. decis. 115. lib. 1. Menoch. remed. 15. recap. & conf. 2. n. 153. cum multis segg. Bonacof. comm. crimin. p. 2. verbo, Canon. Guttier. canon. lib. 1. c. 34. Mascard. de probat. concl. 1321. D. Barb. in d. l. si alienam, a. n. 44. Bernard. Graue. ad pract. Cam. Imp. lib. 2. concl. 75. in coronide, Stephan. Gratian. discept. forens. c. 2. n. 7. cum segg. & c. 173. & 311.

In gloss. Scienter, ibi, sed de qua speratur litigium, &c. Vide Tiraq. de retractu, tit. 2. §. 3. gloss. 1. n. 17. Surd. decis. 172. n. 10.

## S V M M A R I V M.

- 1 Occupans certum locum in quo quis iura liberè possidebat, si per ipsius occupationem non potest possessor sua iura liberè possidere sicut prius, conveniri potest possessorio pro libertate possidendi, & restitutio fieri non potest nisi dimittat locum in pristina libertate.
- 2 Spoliatus iniuste restituitur ad omnem modum, causam, & locum.
- 3 Formæ omisso etiam in minimo totum vitiat.
- 4 Mandatum non solum servandum est, sed & qualitas illius.
- 5 Confessio facta in actu nullo ex defectu processus, vel sententiæ, etiam ob ordinem iuris non servatum, probat, & valet.
- 6 Cautio sufficiens quæ sit remissive.
- 7 Fideiussorem idoneum, & sufficientem promittens, qui postea per decoctionem insufficiens effectus fuit, tenetur principalis alium idoneum loco illius præstare.
- 8 Verba, ad sexennium duraturam, inducunt obligationem annuam ipso sexennio durante.
- 9 Obligatione annua non sufficit semel causæ, quia in principio cuiuslibet anni conditio purificatur, & nova nascitur obligatio.
- 10 Obligatio importans tractum successivum non adimpletur per momentum, sed durat tantum, quantum tractus successivus.
- 11 Verbum, duraturus, inducit perseverantiam actus.
- 12 Fideiussorem simpliciter qui tenetur ex pacto dare satisfaciit suæ obligationi semel fideiubendo.
- 13 Nomen debitoris dans in solutum sufficit si nomen sit exigibile de tempore cessionis, nisi promittat illud esse bonum.
- 15 Verbum, irritum, quid significet, ostenditur.

Tom. I.

## C A P. Pisanis. XIX. & fin.

### Gregor. IX.

**L**ocum occupans, in quo quis liberè aliqua iura possidet, v. g. quia non potest impediri in exigendis fructibus, talis occupans potest conveniri ut restituat libertatem possidendi, & quia ista restitutio non potest fieri nisi remittat locum occupatum, cum semper possit dominum prohibere ne liberè possideat, ideo occupans potest cogi ut locum dimittat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam Henric. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Host. Butr. Panorm. Anch. Cuiac. Vin. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 103. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 235. remissive Ximen in concord. p. 1. & 2.

Per gravem discordiam, quandiu inter se habuerunt. Ortæ sunt due factiones inter Guelphorum, & Gibellinorum atrocissimo illo bello, quod inter se gesserunt Fridericus II. & Gregor. IX. auctor huius cap. nam Lucenies, ut Ioannes Andr. hic annotavit, erant Guelphi, id est, partes tuebantur Ecclesiæ, Pisani autem partes Imperij, qui Gibellini dicebantur.

Restitutio fieret plenè, & liberè. Notatur ad hoc 2 quod iniuste spoliatus restituitur ad omnem modum, causam, & locum, ut per Tiraq. de iure primog. q. 43. n. 10. Notari etiam solet ad hoc quod propter interesse etiam minimum datur manutentio ad statum, ut per Anton. de Butr. in cap. querelam, n. 17. Abb. n. 2. 12. & 13 de elect. Afflict. decis. 195. n. 5. Rot. in Alban. diminutionis 23 Mart. 1610. coram R. P. D. meo Pirouano.

Mandati formam, &c. Notatur ad hoc quod omisso formæ etiam in minimo, totum vitiat, ut per Tiraq. de retractu, tit. 2. §. 4. gloss. 6. n. 31. & in rr. de iudicio, in rebus exiguis, vers. hoc tamen intellige, Azueved. ad l. 18. n. 4. tit. 21. lib. 4. nova recop. Guttier. pract. lib. 3. q. 15. n. 5. cum segg. Rendin. in prompt. recept. sent. tom. 1. tit. 100. n. 5. & 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. n. 137. Cardin. Tusch. tom. 3. lit. F. concl. 415. Rota apud Farin. dec. 671. n. 1. tom. 2. p. 1. recent. Et mandatum non solum servandum est, sed & qualitas illius, Tiraq. in l. si unquam, verbo, liberis, n. 59. in med. vbi etiam quod non solum corrumpit gesta ex defectu formæ mandati quando expresse fit contra ipsam formam mandati, sed etiam quando fit citra, aut præter formam.

Per eorum confessionem. Notatur ad hoc quod confessio facta in actu nullo ex defectu processus, vel sententiæ etiam ob ordinem iuris non servatum, ant ob lapsum instantiam, probat, & valet, ita Mascard. de probation. conclus. 357. à princip. Valasc. o. sub. 65. n. 3. vers. illud, vbi dicit hoc intelligendum in confessione facta coram iudice huius competentis, vel si fuerit incompetens, si tamen iurisdicção ad eam causam de consensu partium protogabilis, quia tunc valida erit.

In gloss. Sufficiens cautio, ibi, sufficiens cautio erit si pignora, vel fideiussores dentur. Vide Doctores, quos retuli ad gloss. verbo, sufficienti, in princ. in cap. ex transmissa 8. sup. hoc tit. Quid si fideiussor datus sit ratione obligationis dandi idoneum, & sufficientem, & postea per decoctionem minus idoneus, & insufficiens efficiatur, an teneatur principalis alium sufficientem, & idoneum loco illius præstare? vide latè Lazar. Fanucc. in tractat. de momento temporis, cap. 29. num. 6. cum segg. Ego dicebam in causa propria promittentem dare cautionem banchariam idoneam, & sufficientem ad sexennium duraturam, si postquam

P p eam



eam præstitit, cautio defecerit per decoctionem aut per aliam calamitatem, teneri iterum cauere, ex sequentibus.

8 Primò, quia verba illa, *ad sexennium duraturam*, inducunt obligationem annuam ipso sexennio durante, *l. cum in singulos, & l. cum in annos, ff. de annuis leg. l. nec semel, ff. quando dies legati cedat*, cum aliis infra allegandis.

9 Vbi autem versamur in obligatione annua, non sufficit semel canisse, quia in principio cuiuslibet anni conditio purificatur, & noua nascitur obligatio, *d. l. nec semel, l. pater. Seuerinum, §. fin. ff. de cond. t. & de mon. tr. l. Seuerus, §. fin. ff. de donat. causa mortis*, Caltr. in *l. si Stichum, §. stipulatio, sub n. 1. vers. & sic de singulis ff. de verb. oblig. Soc. conf. 81. n. 5. lib. 3. Nat. conf. 543. n. 5. Parif. conf. 95. n. 44. lib. 2. Surd. conf. 223. n. 5. & in tract. de alimentis, tit. 9. q. 6. n. 3. & decis. 273. n. 10. Anton. Gom. var. tom. 2. c. 11. n. 44. Rot. in Ianuer. legati 20. Jun. 1622. coram R.P.D. Buratto.*

10 Secundo, quia quatenus non importaret obligationem annuam, sufficit quòd verba illa, *ad sexennium duraturam*, importent tractum successuum, ad hoc ne sufficiat fuisse semel præstitam, Cyn. in *l. si quis heredes, n. 1. C. de instit. & substit. & ibi Dec. n. 3. Angel. conf. 34. n. 9. Iason. in l. si arbitrio, sub n. 13. vers. 2. & fortius, ff. qui sententia cog. Felin. in c. 2. sub n. 5. de treuga, & pace, Rot. decis. 677. n. 2. p. 1. diuers.*

11 Quod autem verba, *duraturam ad sexennium*, importent tractum successuum est indubitatum, tum quia, inducunt nonam obligationem quolibet anno, ex doctrinis allegatis, tum etiam, quia propria significatio huius verbi est, vt inducat perseverantiam actus, Castrem. in *l. fin. n. 3. C. de indicta viduit. tollenda*.

12 Non obstat quòd qui tenetur ex pacto dare fideiussorem, satisfaciit suæ obligationi semel fideiubendo, nec tenetur iterum fideiubere, si primus sit decoctus, vel factus non solvendo, Bart. in *pratoria la 2. ff. de prator. stipul. cum aliis per Surd. conf. 18. per totum*, quia hoc procedit in eo, qui promisit simpliciter fideiubere, vt in specie declarat Gratian. *discep. forens. tom. 3. c. 527. n. 16. & 17.* & sic non applicantur casui nostro, in quo cum verba promissionis importent tractum successuum, legem accipiunt ex conventionne partium, *l. 1. §. et si conveniat, ff. de positi, Nat. conf. 384. n. 11.*

13 Hinc licet is, qui dat in solutum nomen debitoris, sufficit si nomen sit exigibile de tempore cessionis, *l. si mandato meo, §. ult. ff. mandati*, Surd. decis. 326. n. 42. nihilominus quando ulterius processit, & promisit illud esse bonum, & exigibile, tenetur illud manutene- re exigibile etiam in futurum, *l. si venditor 29. in princ. ff. de action. empti*, Fulgos. in *l. si nomen, ff. de hered. vel ali. vend. Eugen. conf. 73. n. 1. & 2. Surd. conf. 441. n. 7. post med. & n. 15. cum seq.*

14 Pari ergo ratione licet omittens simpliciter dare cedulam liberetur semel dando, nec teneatur in casu decoctionis eam renouare, tamen ubi, provt in casu nostro, promisit dare cautionem banchariam, duraturam ad sexennium, tenetur prima deficiente aliam subrogare aliàs esset dare cautionem simpliciter, & non banchariam, nec manuteneret qualitatem durationis, quam manutenebat tenetur, *d. l. si venditor cum 39. ff. de action. empti*, Gratian. loco citato, n. 1. aliis allegatis.

15 In gloss. *Irritum, fin.* Vide quæ verbo, *irritum*, tradit Tiraq. in *l. si unquam, verbo, reuertatur, n. 48. ff. de renou. donat.*

## De Dolo, &amp; contumacia.

## TIT. XIV.

**S**UPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anch. Butr. Guillelm. Durand. in *breviario aureo iuris Canon. fol. 53. Petr. de Rauen. in compend. iuris Canon. Ioan. de Londris in breviario sanctorum Canon. fol. 168. Martin. Mesnart. in epitome Decret. fol. 61. Dan. Venator in analyssi method. iuris Pontif. à pag. 219. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anaff. Gernon. in paratitulis ad quinque libros Decret. Lancel. in instrit. Canon. Canif. in sum. iuris Canon. Cafarel. in erorem eiusdem iuris, Barth. Carthag. in expofit. tit. iur. Canon. Zipa. in analytica piftemi iuris Eccles. enarrat. pag. 131. noniffimè Ioan. Honor. lib. 2. sum. in Decret. omnes sub hoc tit. & vol. 3. reper. in iure Canonico ad secundum Decret. librum, Paul. de Eleazaris.*

De dolo agunt latè Decian. tract. crimin. l. 1. c. 4. Menoch. de præf. l. 5. præf. 5. Molin. de instrit. tract. 2. diff. 293. Cardofin. in praxi iudicium, verb. dolum, Mascard. de probat. concl. 511. & 814. & seq. Card. Tufch. lit. D. concl. 570. cum seq. latè Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 88. & 89. à frangunt crimin. p. 1. lit. D. verbo, dolum, n. 150. cum seq.

De contumacia vide Guillelm. Durand. in speculo iuris, lib. 2. sub hoc tit. Bonacof. comm. crimin. p. 1. verbo, contumax. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallie, tit. de contumacia, Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. c. 71. Bernard. Mufcat. in sua praxi aurea Civil. p. 2. gloss. veniens, Bernard. Graua. ad præf. Camera Imper. lib. 1. concl. 60. Menoch. arbit. casu 153. Farin. in praxi crim. q. 18. à n. 18. Sigism. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 3. Mascard. de probat. concl. 449. Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 46. de contumacia; Card. Tufch. tom. 2. lit. C. concl. 1017. cum seq.

## SYMMARIUM.

- 1 Reus qui mittendum in possessionem ad mandatum iudicis non admisit, non multabitur de Canonica aequitate si infra annum cauet stare iuri.
- 2 Iuris dispositione fieri potest, vt is, qui est in possessione eam perdat per lapsum certi temporis, & et acquiritur, cui debet fieri traditio corporalis.
- 3 Canonici iuris aequitas seruanda est de iure Civilis, quando non reperitur lex in contrarium.
- 4 Poena l. si quis in tantum, C. unde vi, non procedit in Ecclesia.

## CAP. Ad hæc. I. Alex. III.

**R**EUS, qui spolians sit est absens, & non paret iudici in danda possessione, imò per dolum, & potentiam impedit ingressum ad possessionem, si in fine anni aufert cautionem standi iudicio, est patienter admittendus, & non priuandus, quia in personis & negotiis Ecclesiasticis non requiritur districtio, & rigor iuris cum iustitia non periclitatur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabara. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Butr. Panorm. Anch. Cujac. Viu. in ration. 2 libri iuris Pontif. pag. 106. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 237. remissimè Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 10. c. 1. & est post Conc. Later. sub Alex. I. l. p. 3. c. 1.

Actorem.